Societatis IESV Auguſtæ

50

# HOC VOLVMINE CONTINENTVR

*Poëtæ tres egregij nunc primum in lucem editi,*
*Gratij, q̃ Auguſto Principe floruit, de uenatione Lib. I.*
*P. Ouidij Naſonis Halieuticôn liber acephalus.*
*M. Aurelij Olympij Nemeſiani Cynegeticôn Lib. I.*
*Eiuſdem carmen bucolicum.*
*T. Calphurnij Siculi Bucolica.*
*Adriani Cardinalis uenatio.*

Ad Bibl. Acad. Land.
BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS
DVPLVM BIBLIOTHECÆ R. MONAC.

AL DVS

M. D. XXXIIII.

*Non ſine priuilegio.*

## MAGNIFICO, ET ORNATISSIMO VIRO ANTONIO FVCCARO AVGVSTANO GEORGIVS LOGVS SILESIVS S. P. D.

EQVIDEM, *ut ingenue fatear, Antoni optime, iam pridem ſæpe negligētiam, ne dicam inertiā meam tacite mecum reputans, ac non ſine moleſtia quadam agnoſcens, memet ipſe reprehendi, quòd, cum tu is uir ſis, ea dignitate, humanitate, & uirtute, ut merito à bonis, & doctis, ac literarū ſtudioſis omnibus & amandus plurimum ſis, & colendus: cumq́; inſuper priuata etiam tua erga me beneficia, ac merita ſanè non uulgaria extiterint: hactenus tamen neque ſcripſerim ad te quicquam: neque ullum præterea ſtudij, & obſeruantiæ, & grati erga te animi mei dederim documentum. Etenim cum Auguſtæ Vindelicæ, quæ tibi patria eſt, annis iam tribus, cum eo tempore Carolus V. Romanorum Imp. inuictiſſimus, Imperij principibus, & proceribus conuocatis, concilium in ea urbe haberet: in aula inclyti Romanorum ac Pannoniæ & Bohœmiæ Regis Ferdinandi uerſarer: ſumma me abs te humanitate, & perquamfamiliariter acceptum memini, atque tractatum, neque à te modo, uerum etiam à digniſſimo, feſtiuiſſimoq́; uiro Rhaimondo Fuccaro fratre tuo germano. Nam & ſplendidiſſimis ſæpe conuiuijs inter ſummos & principes uiros, elegantiſſimosq́; homines perhonorificæ me adhibuiſti in ueſtris illis amœniſſimis, & cultiſſimis hortis, qui non indigenis modo, ſed peregrinis etiam arboribus, pomis, herbis, omniq́; cultu non Germaniam modo noſtram, ſed quaſuis etiam externas regiones prouocare poſſint: & omni denique humanitatis genere es proſecutus. Cumq́; hoc eodem tempore propoſitum mihi eſſet, ut ex aulicis moleſtijs in optatiſſimam & animo meo ſemper gratiſſimam Italiam, ex qua fatalium temporum calamitate & naufragio excluſus aliquot annis abfueram, quaſi in tutiſſimum aliquem portum poſtliminio quodam meo reuerterer: ubi cum ueteribus amicis, cum libris ſcilicet & muſis, in gratiam redirem: dediſti tu ultro & ſponte tua, nihil ſanè à me uel ambitus, uel rogatus, honeſtiſſimo mihiq́; amiciſſimo uiro Georgio Hermanno conſanguineo tuo id negotij, ut me procuratoribus tuis, qui Venetijs rationes & negocia tua tractant, diligenter cōmendaret. quod cum Hermānus, qua eſt humanitate & beneuolētia erga me, ſedulo feciſſet: cum eas literas Venetias poſtea ueniens procuratoribus illis tuis reddidiſſem, facile intellexi, eiuſmodi fuiſſe, ut & ſtudium & beneuolentiam erga me præſeferrent tuā, & magno in poſterū uſui mihi eſſent, & commoditati. Nam illi & officia, & operā mihi ſuam gratiſſime & perliberaliter detulerunt, neque minus & libenter & prolixe, ſiquando opus fuit, re quoque ipſa præſtiterūt: pecunias certe, quæ in ſubſidium atque uſum ſtudiorum meorum cum ab optimo & de me ſtudijsq́; meis meritiſſimo principe Stanislao Thurſone, epiſcopo Olomucenſi, quem, ut ipſius dignitas meretur, amplitudinis, doctrinæ, uirtutis, innocentiæ, & grati animi cauſa nonnunquam, tum alioqui etiam, & à meis ad me mitti*

ex permutatione ſolent, ſine quæſtu, & emolumento ſuo
ullo ſemper mihi numerarunt. Verũ omnibus iſtis ami-
citiæ noſtræ & meritorũ tuorum erga me uinculis, qui-
bus tibi obſtrictus eſſe debeo, illud quoq; non minimum
ſanè accedit, quòd cum Thurſonũ familia, quæ genere,
dignitate, ac uirtutis & literarum commendatione per
orbem terrarum celeberrima exiſtit, affinitas tibi eſt:
Thurſonum autem beneficentiæ præſidio et liberalitati
multo maximam fortunarum et ſtudiorũ meorum par-
tem acceptam refero. Poſt Thurſones uero cum Georgij
Loxani lectiſſimi uiri, & Inclyto Regi noſtro Ferdi-
nando à conſilijs, & epiſtolis, atq; eiuſdem conſangui-
nei mei meritis et benignitati in primis me debere agno
ſcam: cum illo quoq; egregia quædã coniunctio, & fa-
miliaritas tibi intercedit. Ego uero ita apud me conſti-
tui, itaq; ſentio, me non modo erga eos, qui ipſi bene de
me merentur, gratum, et memorẽ eſſe oportere, ſed ſiqui
etiam illis ipſis grati acceptiq; ſunt. Præter omnes ue-
ro, quæ modo à me, cur tibi debeam, enumeratæ ſunt,
cauſas, hæc quoq; ad te obſeruandũ & colendum inci-
tare non mediocriter me debet, quòd cum ea ſis, qua
omnes intelligunt, dignitate, ea opum affluentia, &
ubertate, ut pauci non modo in Europa, ſed ubiuis etiã
gentiũ tuæ conditionis homines tecũ conferendi uidean
tur: in tantis tamen fortunis, inq; ſummis maximarum
rerum occupationibus nunquã intermittis ſtudia lite-
rarum. Neque uero ipſe modo libenter ac multũ in his
uerſari ſoles, ſed eos etiã, qui omne in illis tempus con-
ſumunt, & excellentis alicuius doctrinæ laudem ali-
quam ſunt conſecuti, gratia, fauore, et liberalitate pro-

ſequeris ſingulari: neque ullum eos aut iuuãdi, aut or-
nandi locum, occaſionemq; prætermittis: idq; cum ſem-
per, tum uero olim Romæ, cum ibi eſſes Leone Ponti-
fice, præſtitiſti: ubi tu quidẽ cum minime uidereris, tum
maxime optimis ſtudijs & honeſtiſſimis artibus incum
bere ſolebas: domusq; tua à ſummis uiris & qui tum
Romæ ingenij & doctrinæ laudibus in primis flore-
bant, multum et aſſidue frequentabatur. inter quos ali-
quot domeſtica etiam & familiari conſuetudine con-
iunctos habuiſti, atq; ex ijs diſertiſſimum & honeſtiſſi-
mum hominem Georgium Sauromanum, et Georgium
item Syluanum, utrunq; Sileſium, ideſt popularẽ meũ.
Eiuſmodi igitur ac alijs inſuper plurimis de cauſis,
quas nunc omnes enumerare, pretium operæ non eſt,
in ære tuo cum ſim, ut licet ſero illud quidem, aliquã-
do tamen nomen illud expungerem, hæc ad te hoc tem
pore ſcribenda putaui, ſed, ut æqui & boni conſueue-
runt, non ſine aliquo tamen omnino fœnore, & lucel-
lo tuo. ſiquidem cum proxima æſtate Romæ eſſem, con-
flata mihi nõ mediocris amicitia fuit cum Ioanne Lu-
cretio Aeſiandro Germano. iuuene cum rara et exqui-
ſita bonarum artium et literarũ cognitione, tum græcæ
hebraicæq; & latinæ linguæ peritia egregie inſtructo.
Is mihi trium optimorum, & antiquiſſimorũ autho-
rum, qui tam diu latuerunt, ut penitus in obliuionem
hominum uenerint, copiam fecit, Gratij, qui de uena-
tione ſiue κυνηγετικῶν librũ carmine conſcripſit: itemq;
M. Aurelij Nemeſiani, qui idẽ tractauit argumentum:
quibus adiunctum erat P. Ouidij Naſonis fragmentũ
de piſcibus. Gratius quidẽ Octauiani Auguſti tempori-

bus, & feliciſſimo illo ac uere aureo et præſtantiſſimorum ingeniorũ fœcũdiſſimo ſeculo floruit. Eius poëtæ Ouidius in ultima de Põto elegia meminit his uerſibus.

Tityrus antiquas & erat qui paſceret herbas:
Aptaq; uenanti Gratius arma daret.

neque ſanè immerito in illuſtrium ſui temporis poëtarum catalogo Ouidius poëta ſanè bonus poëtæ longe omnium præſtantiſſimo Virgilio Gratiũ mox ſubiungendũ ſibi duxit: quando ille carminis maieſtate, ſuauitate, & elegantia, & argumenti, quod tractat, iucundiſſimi gratia atq; ornatu cum quouis antiquorũ poëtarum certare uideatur. Illud uero dolendum ſummopere eſt, quòd tam lacer, & mutilatus ad nos peruenit: ut non pauca in eo uideantur deſyderari. Aeſiander quidem ex uetuſtiſſimo codice, quod nobilis & cultiſſimus noſtri tẽporis poëta Actius Syncerus Sannazarius longobardicis literis ſcriptũ ex Gallijs ſecum aliquãdo attulerat, q̃ potuit integre & incorrupte deſcripſit unà cum autoribus illi coniunctis. quorum exemplar mihi cum dediſſet: non modo ut edendos curarem uolenti mihi permiſit: uerum etiam, id ut facerem, ultro ipſe me eſt adhortatus: longiſſime ille quidem ab eorum ſentẽtia remotus, qui ueteres eoſdemq; bonos libros uel propter negligentiam, aut etiam inuidiam interdum premunt, uel, quod iniquiſſimum eſt, pro ſuis edunt. Quorum iniuria, & peruerſitate factum eſt, ut multi præſtantes authores, qui ex ſuperiorum temporum calamitate & naufragio euaſerant, non ſine graui bonarum artium iactura perierint. Hos itaque tres, quos diximus, authores mi ſpectatiſſime Antoni, cum, in apertum ut referrem, in animo mihi eſſet, idq; Venetijs in officina, quam Aldus Manutius Romanus uir diligentiſſimus, & inſigniter eruditus, deq; renaſcentibus bonarum literarum ſtudijs præclare meritus elegantiſſimam & nobiliſſimam inſtituit; quæ cum annis iam aliquot certis de cauſis otioſa quieuiſſet, hoc tempore eam cum alijs rebus, tum uero pulcherrimis characteribus renouatam Paulus Manutius Aldi filius moderatiſſimus iuuenis, & literarum ſtudijs ac honeſtiſſimis moribus egregie ornatus, paternæq; uirtutis & inſtituti hæres, & imitator inſtaurauit: in qua re conficienda ſummi & præclariſſimarum artium doctrina celeberrimi & inſtructiſſimi Ioannis Baptiſtæ Egnatij conſilio, opera, & induſtria plurimum ſe fatetur adiutum: Cum igitur ad editionem illam Paulus ipſe, qua eſt humanitate, operam mihi ſuam deferret, in tuam præſertim gratiam & ſub tuo nomine id feci: ut qualemcunq; interea animi erga te mei darem ſignificationem: propterea quod intellexi te, ſi quando à grauioribus curis et occupationibus uacuus rura & poſſeſſiones tuas, quas amœniſſimas & ampliſſimas habes, animi cauſa inuiſis, uenandi ſtudio non parum oblectari ſolere. Venationis uero laudes, ut ſtudiũ ingenuis hominibus ac Regibus etiam & Principibus conueniẽtiſſimum, cum alij plerique, ijq; ſummi autores, tum præcipue Xenophon Socraticus ille, qui ipſe de uenatione ſcripſit, ſunt perſecuti. Interim beneuale, & officium hoc in te meum boni conſule. Venetijs.

M. D. XXXIIII. XV Cal. Febr.

## Georgius Logus.

Mplexu teneræ dignatum & amore
a Dianæ
Paſtorem in ſyluis Endimiona fe-
runt.
Atq; hinc matre dea genitus per latmia ſaxa
Gratius in ſolis dicitur eſſe locis.
Diua quidem læſi cælans mala damna pudoris,
Nutrici hunc nymphæ credidit alma ſuæ
Formoſæ chariti, puerum quæ eduxit, & illi
Vbera nectareo turgida rore dedit.
Hic uitam ſyluis haud ulli notus in altis
Maternis egit ſedulus in ſtudijs:
Aut celeres iaculo ceruos damasq́; fugaces,
Aut ſæuum lata cuſpide ſtrauit aprum:
Hærentem aut ſcopulo capream deiecit ab alto:
Siue feras canibus, ſeu capit ille plagis.
Et tandem lætas cecinit uenantibus artes
Auſpicio matris, præſidioq́; deæ.
Ipſa quibus nutrix muſæum diua leporem
Infudit largo flumine blanda charis.
Has ego multa quidem nulli per ſecula uiſas
In lucem rurſus cæca per antra fero.
Parce dea: illæſa eſt caſti tua fama pudoris:
Inuidia, aut rumor finxerit illa leuis.
Non ego te nudam, tua nulla ego crimina uidi.
Ne ſæui: Acteon non ſum ego magna dea.

## Georgius Logus, Petro Paulo Vergerio apud Inclytum Ferdinandum, Romanorum, Pannoniæ, ac Bohœmiæ Regē oratori Pontificio.

Ratius intactæ aſſiduus comes ille
g Dianæ,
Dum ſequitur celeres per nemora al-
ta feras:
Impiger ignotas uenator protulit artes
Venandi auſpicio diua ſuperba tuo.
Arteis diua illum, numeros comitum una Dianæ
Grata deæ ante alias & bene culta charis
Edocuit, nomenq́; dedit, cui plurima ab ore
Gratia muſæo tincta lepore fluit.
Retia, pinnatas, pedicas, ligna apta parandis
Ille canit iaculis, & genera, atque modum:
Et quæ ſit natura canum, quiq́; uſus in illis:
Atque horum ſoboles quo ſit alenda modo.
Venatorem habitu, atq; decentibus inſtruit armis:
Quiq́; ſit his ſtudijs, qui minus aptus equus.
Ille diu ſyluis uenando errauit in altis,
Venatrici illic multum adamatus heræ.
Atq; huic, cui nomen Nemeſis de nomine nymphæ,
Hærebat lateri fidus ubiq; comes,
Ex Lybia longe, & Carthagine ab uſq; profectus
Dura per infidi mille pericla maris.
Hos ego per montes, perq́; inuia luſtra ſecutus,
Illorum has artes, munera digna, tuli.
At tu Germanis ſapiens orator in oris
Pontifice à magno Paule ubi miſſus abes

Romanum ad Regem, poſt duros ſæpe labores
Et qui marte illum mille, togáq; tenent:
Dum curſu, iaculóq; feras, ſyluasq; fatigat,
His noctem in ſtudijs dum terit, atque dies:
Dum gratus iuueni ipſe comes per denſa uagaris
Auia, & has, illas ſternis ubique feras:
Hos cape uenandi artifices: feſſusq; labore,
Otia in his, ſed non otia uana teras.
Hæc tamen in foribus diuæ, cui talia cordi,
Ne pigeat grata ſcribere Paule manu.
Vergerius, Diana tuo quòd ſancta fauore
Hanc artem, hæc nobis reddidit arma Logus:
Has tibi apri exuuias torui, ſpumantiaq; ora
Nunc quoq; fulmineo dente timenda dicat.
Tu dea, tu noſtris præſens uenatibus adſis:
Effugiat noſtras quo fera nulla manus.

De eodem, & Rege uenantibus.

Dum ſyluas, monteſq; altos, loca ſola, pererrant,
Atque uagis quærunt per ſtabula alta feras
Venator Damon, Damoni & gratus Iollas,
His ſtudijs, ſed non conditione pares:
Ecce canes ramoſa altum per cornua ceruum,
Cui comes horribili dente tremendus aper,
Auia per, ſaltusq; agitant. it clamor in auras:
Latratu ualles, & nemus omne ſonat.
Occupat, & comiti metuens tunc fidus Iollas,
Sæuitia immanis ne cadat ille feræ:
Tu ceruum Rex magne petas: mihi cura furentem
Excipere, & certa ſternere cæde ſuem.
Imbelles alijs damæ, ceruiq; fugaces,
Hæc erit hæc manibus uictima digna meis,
Rex ait: & ualida attollens uenabula dextra,
Immanem ingenti uulnere fudit aprum.

Ad Georgium Loxanum Sileſium.

Loxane, inflauit rauco caua cornua cantu
Gratius: accurrunt, impigra turba, canes:
Latratuq; auras & acuta uoce laceſſunt:
Duxq; canum egregius Nemeſi[illegible]us adeſt.
Retiaq; attollunt ſocij, & uenabula lata:
Arma citi expediunt: & mora nulla placet.
Quid ceſſas, lentusq; iaces? præſepia ad alta
Iampridem ſonipes te manet, atque fremit:
Faſtiditq; moras, latratuq; atria complet
Ille tuus uentis ocior acer Hylax.
Surge age: te ſocij expectant: uenantibus illis
Nulla hodie in ſyluis tuta futura fera eſt.

# GRATII DE VENATIONE, SEV ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΩΝ LIBER.

d

Ona cano diuûm, lætas uenantibus
arteis
Auſpicio Diana tuo. Prius omnis in
armis
Spes fuit: & nuda ſyluas uirtute
mouebant
I nconſulti homines, uitaq; erat error in omni.
P oſt, alia propiore uia, meliusq; profecti,
T e ſociam Ratio rebus ſumpſere gerendis.
H inc omne auxilium uitæ, erectusq; reluxit
O rdo: & contiguas didicere ex artibus arteis
P roſerere. hinc demens cecidit uiolentia retro.
S ed primum auſpicium deus artibus, altaq; circa
F irmamenta dedit. tum parteis quiſq; ſecutus
E xegere ſuas, tetigitq; induſtria finem.
T u trepidam bello uitam Diana ferino,
Qua primam quærebat opem, dignata repertis
P rotegere auxilijs, orbemq; hac ſoluere noxa.
A ſciuere tuo comites ſub nomine diuæ
C entum omnes nemorum, centum de fontibus omnes
N aiades, & Latij cultor qui Faunus amœni,
M ænaliusq; puer, domitrixq; Idæa leonum
M ater, & inculto Syluanus termite gaudens.
H is ego præſidibus noſtram defendere ſortem
C ontra mille feras & non ſine carmine luſus,
C armine & arma dabo, & uenādi perſequar artem.

Armorum, caſſesq́; plagarumq́; ordiar aſtus.

*De retibus conficiendis.*

Prima iubent tenui naſcentem iungere filo
Limbũ, & quadruplici tormento aſtringere limbos.
Illa operum patiens, illa uſus linea longi.
Tunc ipſum medio caſſem quo naſcitur ore,
Per ſenos circum uſq; ſinus laqueabis, ut omnem
Concipiat tergo, ſi quiſq̃ eſt plurimus, hoſtem.
Et bis uicenos ſpatium prætendere paſſus
Rete uelim, pleniſq́; decem conſurgere nodis.
Ingrati maiora ſinus impendia ſument.
Optima cyniphiæ, ne quid cunctere, paludes
Lina dabunt. bonus æolia de ualle Sibullæ
Fœtus, & aprico Thuſcorum ſtupea campo
Meſſis, contiguum ſorbens de flumine rorem,
Qua cultor Latij per opaca ſilentia Tybris
Labitur, inq́; ſinus magno uenit ore marinos.
At contra noſtris imbellia lina Faliſcis:
Hiſpaniq́; alio ſpectantur Sætabes uſu.
Vix operata ſuo ſacra ad bubaſtia lino
Velatur ſonipes æſtiui turba Canopi.
Ipſe in materia damnoſus candor inerti
Oſtendit longe fraudem, atq; exterritur hoſtis.
At pauper rigui cuſtos Alabandicus horti
Cannabias nutrit ſyluas, q̃ commoda noſtro
Armamenta operi: grauis eſt tutela ſed illis.
Tu licet hæmonios includas ſentibus urſos,
Tantum ne ſubeat uitiorum peſſimus humor,
Ante caue: non eſt humentibus uſus in armis.
Nulla fides ergo, ſeu preſſa flumina ualle



Inter opus craſſæq́; modum fecere paludes:
Siue improuiſus cœlo perfuderit imber.
Illa uel ad fluctus Helices oppande ſerenæ,
Vel caligneo laxanda reponito fumo.
Idcirco & primas linorum tangere meſſes
Ante uetant, q̃ maturis accenderit annus
Ignibus, & claro Pleias ſe prompſerit ortu.
*Imbiberit, tanto reſpondet longior orſu
(Magnum opus) & tangi niſi cura uincatur impar.
Non'ne uides, ueterum quos prodit fabula rerum
Semideos, illi aggeribus tentare ſuperbis,
* freta matres auſit tractare deorum.
Quam magna mercede meo ſine munere ſyluas
Impulerint. fiet adhuc & porro flebit Adonim
Victa Venus, ceciditq́; ſuis Ancæus in aruis.
Et prædexter erat geminiſq́; ſecuribus ingens
Ipſe deus, cultosq́; ferit Tyrinthius orbes,
Quem mare, quem tellus, quem præceps ianua Ditis
Omnia tentantem, qua laus erat obuia, paſſi.
Hinc decus, & famæ primus patrauit honorem.
Exige, ſi qua meis reſpondet ab artibus ergo
Gratia, quæ uires fallat collata ferinas.

*De pinnatis conficiendis.*

Sunt, quibus immundo decerptæ uulture plumæ
Inſtrumentum operis fuit, & non parua facultas.
Tantum inter niuei iunguntur uellera cygni:
Et ſatis armorum eſt. hæc clara luce coruſcant,
Terribiles ſpecies: ab uulture dirus auaro
Turbat odor ſyluas, meliusq́; alterna ualet res.
Sed q̃ clara tuis & pinguis pluma ſub armis,
Tam mollis tactu & non ſit creberrima nexu,

N e reprenſa ſuis properantem linea pinnis
I mplicet, atq; ipſo mendoſa coarguat uſu.
H ic magis in ceruos ualuit dolus. aſt ubi lentæ
I nterdum lybico fucantur ſandice pinnæ,
L inteaq; extritis lucent anconibus arma:
R arum, ſiqua metus eludat bellua falſos.

Pedicæ.

N am fuit & laqueis aliquis curracibus uſus.
C eruino iuſſere magis contexere neruo.
F raus reget inſidias habitu mentita ferino.
Q uid qui dentatas iligno robore clauſit
V enator pedicas, cum diſſimulantibus armis
S æpe habet imprudens alieni lucra laboris?
O felix, tantis quem primum induſtria rebus
P rodidit autorem. deus ille, an proxima diuos
M ens fuit? in cæcas aciem quæ magna tenebras
E git, & ignarum perfudit lumine uulgus.
D ic age Pierio (fas eſt) Diana miniſtro.
Arcadium ſtat fama ſenem, quem Mænalus autor
E t lacedæmoniæ primum uidiſtis Amyclæ
P er non aſſuetas metantem retia ualles,
D ercylon. Haud illo quiſq̃ ſe iuſtior egit,
A ut fuit in terris diuûm obſeruantior alter.
E rgo illum primis nemorum dea finxit in annis,
A utoremq́; operi dignata inſcribere: magno,
I uſſit adire ſuas & pandere gentibus arteis.

Genera iaculorum.

I lle etiam ualido primus uenabula dente
I nduit: & proni moderatus uulneris iram,
O mne moris excepit onus. tum ſtricta ueruтis





D entibus & geminas ſubiere haſtilia furcas.
E t quidam totos clauſerunt enſibus orbes,
N e ceſſaret iners in uulnere maſſa ferino.
B landimenta uagæ fugies nouitatis ibidem:
E xiguo, nimioúe nocent: ſed lubricus errat
M os, & ab expertis feſtinant uſibus omnes?
Q uid, Macedûm immenſos libeat ſi dicere contos,
Q uàm longa exigui ſpicant haſtilia dentes?
A ut contra ut tenero diſtrictas cortice uirgas
P rægrauat ingenti pernix liuania cultro?
O mnia tela modi melius finxere ſalubres.
Q uocirca & iaculis habilem perpendimus uſum:
N eu leue uulnus eat, neu ſit breuis impetus illi,
I pſa arcu lyciáq; ſuas Diana pharetra
A rmauit comites (ne tela relinquite diuæ,
M agnum opus) & uolucres quondam fecere ſagittas.

Ligna apta iaculis.

D iſce agedum & ualidis delectum haſtilibus omnẽ.
P lurima Threicij nutritur uallibus Hebri
C ornus, & umbroſæ Veneris per littora myrtus,
T axiq́;, pinusq́;, altinatesq́; geniſtæ,
E t magis incomptus operæ Lutoſer agreſtis:
T ermes ab eois deſcendet uirga Sabæis,
M ater odorati multum pulcherrima thuris.
I lla ſuos uſus intractatumq́; decorem,
(S ic nemorum iuſſere deæ) natalibus haurit
A rbitrijs. at enim multo ſunt ficta labore
C ætera, quæ ſyluis errant haſtilia noſtris.
N unq̃ ſponte ſua procerus ad aëra termes
E xijt, inq́; ipſa curuantur ſtirpe geniſtæ.

E rgo age luxuriam primo, fœtus'q; nocentes
D etrahe: frondoſas grauat indulgentia ſyluas.
P oſt ubi proceris generoſa ſtirpibus arbor
S e dederit, teretes'q; ferent ad ſydera uirgæ,
S tringe notas circum, & gemmantes exige uerſu.
H is ſiquis uitium nociturus ſufficit humor,
V lceribus fluet, & uenas durabit inertes.
I n quinos ſublata pedes haſtilia plena
C æde manu, dum pomiferis aduertitur annus
F rondibus, & tepidos autumnus continet imbres.

De canibus.

S ed cur exiguis tantos in partibus orbes
L uſtramur? prima illa canum non ulla per artes
C ura prior, ſiue indomitos uehementior hoſtis
N udo marte premas, ſeu bellum ex arte miniſtres.
M ille canum patriæ, ducti'q; ab origine mores
C uiq; ſua. Magna indocilis dat prælia Mœdus,
M agnaq; diuerſos extollit gloria Celtas.
A rma negant contra, martem'q; odere Geloni,
S ed natura ſagax: Perſes in utroq; paratus.
S unt qui Seras alant, genus intractabilis iræ.
A t contra faciles magni'q; lycaones armis.
S ed non hyrcanæ ſatis eſt uehementia genti
T anta: ſuis petiere ultro fera ſemina ſyluis.
D at Venus acceſſus, & blando fœdere iungit.
T unc & manſuetis tuto ferus errat adulter
I n ſtabulis, ultro'q; grauis ſuccedere Tygrim
A uſa canis, maiore tulit de ſanguine fœtum.
S ed præceps uirtus ipſa uenabitur aula.
I lle tibi & pecudum multo cum ſanguine creſcet:



P aſce tamen quæcunq; domi ſibi crimina fecit.
E xcutiet ſylua magnus pugnator adepta,
A t fugit aduerſos idem quos repperit hoſtes
V mber. quanta fides, utinam, & ſolertia naris,
T anta foret uirtus, & tantum uellet in armis.
Q uid freta ſi Morinûm dubio refluentia ponto
V eneris, atq; ipſos libeat penetrare Britannos?
O quanta eſt merces, & quantum impendia ſupra,
S i non ad ſpeciem mentituros'q; decores
P rotinus hæc una eſt catulis iactura britannis.
A d magnum cum uenit opus, promendaq; uirtus,
E t uocat extremo præceps diſcrimine mauors:
N on tunc egregios tantum admirere moloſſos,
C um parat his uerſuta ſuas Athamania fraudes,
A cyrus'q; Pheræ'q; & clandeſtinus Acarnan.
S ic & Acarnanes ſubierunt prælia furto:
S ic canis illa ſuos taciturna ſuperuenit hoſtes.
A t clangore citat quos nondum conſpicit apros
A etola quæcunq; canis de ſtirpe (malignum
O fficium) ſiue illa metus conuitia rupit,
S eu fruſtra nimius properat furor. & tamen illud
N e uanum totas genus aſpernere per artes.
M irum q̃ celeres, & quantum nare merentur.
T um non eſt uicti cui conceſſere labori.
I dcirco uarijs miſcebo gentibus uſum.
Q uondam inconſultis mater dabit umbrica gallis
S enſum agilem. traxere animos de patre Gelonæ
H ircano, & uanæ tantum Calydonia linguæ
E xibit uitium patre emendata Moloſſo.
S cilicet ex omni florem uirtute capeſſunt:

E t ſequitur natura fauens. at te leue ſi qua
T angit opus, pauidoſq; iuuat compellere dorcas,
A ut uerſuta ſequi leporis ueſtigia parui:
P etronios (ſic fama) canes, uolucreſq; ſicambros,
E t pictam macula Vertraham delige falſa.
O cior affectu mentis pinnaq; cucurrit,
S ed premit inuentas, non inuentura latentes
I lla feras. quæ petronijs bene gloria conſtat.
Quòd ſi maturo preſſantes gaudia luſu
D iſſimulare feras, tacitiq; accedere poſſent:
I llis omne decus, quod nunc Metagontes habetis,
C onſtaret ſyluis: ſed uirtus irrita damno eſt.
A d ueſtram non uile genus non patria uulgo
S parta ſuos, & Creta ſuos promittit alumnos.
S ed primum celſa lorum ceruice ferentem
G lympice te ſyluis egit Bœotius Hagnon,
H agnon haſtilides, Hagnon, quem plurima ſemper
G ratia per noſtros unum teſtabitur uſus.
H ic trepidas artes & uix nouitate ſedentes
V idit, qua propior patuit uia: nec ſibi turbam
C ontraxit comitem, nec uaſa tenentia longe.
V nus præſidium, atq; operi ſpes magna petito
A dſumptus Metagon, luſtrat per nota ferarum
P aſcua, per fontes, per quas triuere latebras,
P rimæ lucis opus: tum ſigna uapore ferino
I ntemeratæ legens, ſi qua eſt qua fallitur eius
T urba loci, maiora ſecat ſpatia extera gyro.
A tq; hic egreſſu iam tum ſine fraude reperto
I ncubuit ſpatijs, qualis permiſſa lechæis
T heſſalium quadrigæ decus, quam gloria patrum



E xcitat, & primæ ſpes ambitioſa coronæ.
S ed nequa ex nimio redeat iactura fauore,
L ex dicta officijs, neu uoce laceſſeret hoſtem,
N e ue leuem prædam, aut propioris pignora lucri
A mplexus, primos nequicquam offenderet actus.
I am uero impenſum melior fortuna laborem
C um ſequitur, iuxtaq; domus quæſita ferarum
V t ſciat, occultos & ſignis arguat hoſtes:
A ut effecta leui teſtatur gaudia cauda,
A ut ipſa infodiens uncis ueſtigia plantis
M andit humum, celſas ue adprenſat naribus aures:
E t tamen ut ne prima fauentem pignora fallant
C irca omnem aſpretis * medius qua clauditur orbis
F erre pedem, acceſſuſq; abituſq; notaſſe ferarum,
A dmonet. & ſi forte loci ſpes prima fefellit,
(R arum opus) incubuit ſpatijs ad proſpera ſiſer,
I ntacto repetens prima ad ueſtigia gyro.
E rgo ubi plena ſuo redijt uictoria fine,
I n partem prædæ ueniat comes, & ſua naris
P ræmia. ſic operi iuuet inſeruiſſe benigno.
H oc ingens meritum eſt, hæc ultima palma trophæi,
H agnon magne tibi diuûm conceſſa fauore.
E rgo ſemper eris dum carmina, dumq; manebunt
S yluarum dotes, atq; arma Dianea terris.
H ic & ſemiferam Thoum de ſanguine prolem
F inxit. non alio maior ſua pectore uirtus.
S eu morit uoces, ſeu nudi ad pignora Martis,
T hoes commiſſos (clariſſima fama) leones
E t ſubiere aſtu, & paruis domuere lacertis.
N am genus exiguum, & pudeat quam informe fateri.

### Canum fœtus.

Vulpina ſpecies tamen huc exacta uoluntas.
At non eſt alius quem tanta ad munia fœtus
Exercere uelis, aut te tua culpa reuellat
Inter opus, quo ſera cadit prudentia damno.
Iunge pares ergo, & maiorum pignore ſigna
Fœturam, prodantq́; tibi metagonta parentes,
Qui tenuere ſua pecus hoc immane iuuenta.
Et primum expertos animi, quæ gratia prima eſt,
In uenerem iungunt: tum ſortis cura ſecundæ
Ne renuat ſpecies, aut quæ detrectet honorem.
Sint celſi uultus, ſint hirtæ frontibus aures,
Os magnum, & patulis agitatos morſibus ignes
Spirent, aſtricti ſuccingant ilia uentris
Cauda breuis longumq́; latus, diſcretaq; collo
Cæſaries non pexa nimis, non frigoris illa
Impatiens: ualidis tum ſurgat pectus ab armis,
Quod magnos capiat motus, magniſq́; ſuperſit.
Effuge qui lata pandit ueſtigia planta,
Mollis in officio. ſiccis ego dura lacertis
Crura uelim, & ſolidos hæc in certamina calces.
Sed fruſtra longus properat labor, abdita ſi non
Altas in latebras uniq́; incluſa marito
Fœmina, nec patitur ueneris ſub tempore magnos
Illa, neq; emeritæ ſeruat faſtigia laudis.
Primi complexus, dulciſſima prima uoluptas.
Hunc ueneri dedit impatiens natura furorem.
Si tenuit cunctos, & mater adultera non eſt,
Da requiem grauidæ, ſolitoſq́; remitte labores.
Vix oneri ſuper illa ſuo: tum deinde monebo,



Ne matrem indocilis natorum turba fatiget,
Percenſere notis, iamq́; inde excernere paruos.
Signa dabunt ipſæ teneris uix artubus hæret
Ille tuos olim non defecturus honores.
Iamq́; illum impatiens æquæ uehementia ſortis
Extulit: affectat materna regna ſub aluo.
Libera tota tenet * ea * tergo liber aperto,
Dum tepida indulget terris clementia mundi.
Verum ubi caurino perſtrinxit frigore ueſper,
Ire placet, turbaq́; potens operitur inerti.
Illius è manibus uires ſit cura futuras
Perpenſare: leuis deducet pondere fratres:
Nec me pignoribus nec te mea carmina fallent.
Protinus & cultus alios, & debita fœtæ
Blandimenta feres, curaq́; ſequere merentem.
Illa perinde ſuos ut erit delacta minores
Ac longam præſtabit opem. tum deniq; fœtu
Cum deſunt operi fregitq́; induſtria matres,
Tranſeat in catulos omnis tutela relictos.
Lacte nouam pubem faciliq́; tuebere maza:
Nec luxus alios auidæq́; impendia uitæ
Noſcant. hæc magno redit indulgentia damno.
» Nec mirum: humanos non eſt magis altera ſenſus.
» Tollit ſe ratio, & uitijs adeuntibus obſtat.
» Hæc illa eſt, pharios quæ fregit noxia reges,
» Dum ſeruata cauis potant Mareotica gemmis,
» Nardiferumq́; meant Gangem, uitijſq́; miniſtrant.
» Sic & Achemenio cecidiſti Lydia Cyro,
» Atqui diues eras fluuialibus aurea uenis,
» Scilicet ad ſummam ne quid reſtaret habendum.

» T u quoq; luxuriæ fictas dum colligis artes,
» E t ſequeris demens alienam Græcia culpam,
» O quantum & quotiens decoris fruſtrata paterni.
» A t qualis noſtris q̃ ſimplex menſa Camillis:
» Q ui tibi cultus erat poſt tot Serrane triumphos?
» E rgo illi ex habitu uirtutiſq; indole priſcæ,
» I mpoſuere orbi Romam caput: actaq; ab illis
» A d cœlum Virtus, ſummoſq; tetendit honores,
» S cilicet exiguis magna ſub imagine rebus.
P roſpicies, quæ ſit ratio, & quo fine regenda.
I darco imperium catulis, unuſq; magiſter
A dditur ille dapes pœnamq; operamq; miniſtrans
T emperet: hunc ſpectet ſyluas domitura iuuentus.
N ec uile arbitrium eſt. cuicunq; hæc regna dicantur,
I lle tibi egregia iuuenis de pube legendus,
V trunq; & prudens & ſumptis impiger armis.
Q uòd niſi & acceſſus & agendi tempora belli
N ouerit, & ſocios tutabitur hoſte minores:
A ut cedent, aut illa tamen uictoria damno eſt.
E rgo in opus uigila, factuſq; ades omnibus armis.
A rma acuere uiam tegat imas faſcia ſuras;
* is inulina ſuis & tergore fuluo,
* cauaq; è macle galeri,
I ma toletano præcingant ilia cultro,
T erribilemq; manu uibrata falarica dextra
D et ſonitum, & curua rumpant noua peruia falcis.

Canum remedia.

H æc tua militia eſt. quin & mauortia bello
V ulnera & errantes per tot diuortia morbos,
C auſaſq; affectuſq; canum tua cura tueri eſt.



S tat fatum ſupra, totumq; auidiſſimus orcus
P aſcitur, & nigris orbem circunſonet alis.
S cilicet ad magnum maior ducenda laborem
C ura, nec expertos fallet deus. hinc quoq; noſſe
E ſt aliud quod præſtet opus placabile numen.
N ec longe auxilium, licet alti uulneris ora
A bſtiterint, utroq; cadant cum ſanguine fibræ.
I nde rape ex ipſo qui uulnus fecerit hoſte
V iroſam eluuiem, laceriq; per ulceris ora
S parge manu, uenas dum ſuccus comprimat acer.
M ortis enim patuere uiæ. tum pura monebo
C ircum labra ſequi, tenuiq; includere filo.
A t ſi pernicies anguſto paſcitur ore,
C ontra pande uiam, fallenteſq; argue cauſas.
M orborum in uitio facilis medicina recenti.
S ed tactu impoſitis mulcent pecuaria palmis,
(I d ſatis) aut nigræ circum picis unguine ſignant:
Q uòd ſi diſtricto leuis eſt in uulnere noxa,
I pſe habet auxilium ualidæ natale ſaliuæ.
I lla grauis labes, & curas altior illis
C um uitium cauſæ totis egere latentes
C orporibus. ſeraq; aperitur noxia ſumma.
I nde emiſſa lues, & per contagia morbus
V enere in uulgum, iuſſaq; exterritus ingens
A equali ſub labe ruit: nec uiribus ullis
A ut merito uenia eſt, aut ſpes exire precanti.
Q uòd ſiue à ſtygia letum Proſerpina nocte
E xtulit, & furtis commiſſam ulciſcitur iram,
S eu uitium ex alto, ſpiratq; uaporibus æther
P eſtiferis, ſeu terra ſuos populatur honores:

F ontem auerte mali. trans altas ducere ualles
A dmoneo: latumq́; fuga ſuperabitis amnem.
H oc primum effugium leti. tunc ficta ualebunt
A uxilia, & noſtra quidam rediturus ab arte.
S ed uarij motus, nec in omnibus una poteſtas.
D iſce uices, &, quæ tutela eſt proxima, tenta.
P lurima per catulos rabies inuictaq; tardis
P ræcipiat letale malum. ſic tutius ergo
A nteire auxilijs, & primas uincere cauſas.
N anq; ſubit nodis qua lingua tenacibus hæret,
(Vermiculum dixere) mala, atq; incondita peſtis.
I lle ubi ſalſa ſiti præcepit uiſcera longa,
A eſtiuos uibrant accenſi febribus ignes,
M oliturq́; fugas, & ſedem ſpernit amaram.
S cilicet hoc motu ſtimuliſq́; potentibus acti
I n furias uertere canes. ergo inſita ferro
I am teneris elementa mali cauſaſq́; recidunt.
N ec longa in facto medicina eſt ulcere. purum
S parge ſalem, & tenui permulce uulnus oliuo,
A nte relata ſuas q̃ nox bene compleat umbras.
E cce aderit, factiq́; oblitus uulneris, ultro
B landitur menſis, cereremq́; efflagitat ore.
Q uid, priſcas artes, inuentaq; ſimplicis anni
S i referam? non illa metus ſolatia falſi
T am longam traxere fidem. collaribus ergo
S unt, qui lucifugæ criſtas inducere Mælis
I uſſere, aut ſacris conſerta monilia conchis,
E t uiuum lapidem & circa meliteſia nectunt
C oralia, & magicis adiutas cantibus herbas.
A c ſic offectus oculiſq; uenena maligni



V icit, tutela pax impetrata deorum.
A t ſi deformi lacerum dulcedine corpus
P erſequitur ſcabies, longi uia peſſima leti:
I n primo acceſſu triſtis medicina, ſed una
P erniciес redimenda anima, quæ prima ſequacẽ
S parſa malo eſt, ne dira trahant contagia uulgi.
Q uòd ſi dat ſpatium clemens & promouet ortu
M orbus, diſce uias, &, qua ſinit, artibus exi.
T unc & odorato medicata bitumina uiro
I mponaſq́; pices, immundæq́; unguen amurcæ.
M iſcuit & ſummam complectitur ignis in unam.
I nde lauant ægros. eſt ira coercita morbi
L axatuſq́; rigor, quæ te natura timentem
D ifferat, & pluuias & Cauri frigora uitent
S ic magis ut nudis incumbunt uallibus æſtus
A uento clariq́; faces ad ſolis, ut omne
E xudent uitium, ſubeatq́; latentibus ultro
Q uæ facta eſt medicina uadis. nec non tamen illum
S pumoſi catulos mergentem littoris æſtu
R eſpicit, & facilis Pæan adiuuit in artes.
» O, rerum prudens quantum experientia uulgo
» M ateriem largita boni, ſi uincere curent
» D eſidiam, & gratos agitando prendere fines.
E ſt in Trinacria ſpecus ingens rupe, cauiq́;
I ntrorſum reditus. circum atræ mœnia ſyluæ
A lta premunt, ruptiq́; ambuſtis faucibus amnes.
V ulcano condicta domus, quam ſubter eunti
S tagna ſedent uenis, oleoq́; madentia uiuo.
H uc defecta mala uidi pecuaria tabe
S æpe trahi, uictoſq́; malo grauiore magiſtros.

T e primum Vulcane, loci pacem'q; precamur
I ncola ſancte tuā, des ipſis ultima rebus
A uxilia: & , meriti ſi nulla eſt noxia tanti,
T ot miſerere animas, liceat'q; attingere fontes
S ancte tuos. ter quiſq; uocantes pinguia libant
T hura foco: ſtruitur ramis felicibus ara.
H ic dictu mirum atq; alias ignobile monſtrum
A duerſis ſpecubus, rupto'q; è pectore montis
V enit, ouans auſtris & multo flumine flammæ.
E micat ipſe, manu ramum pallente ſacerdos
T ermiteum quatiens: procul hinc extorribus ire
E dico præſente deo, præſentibus aris,
Q uem ſcelus aut manibus ſumptū, aut in pectore mo-
I nclamat. cecidere animi trepidātia mēbra (tū eſt,
O quiſquis miſero fas unq̄ in ſupplice fregit,
Q ui pretio fratrum, melioriſq; auſus amici
S ollicitare caput, patrios'ue laceſſere diuos,
I llum agat infandæ comes huc audacia culpæ.
D iſcet, commiſſa quantum deus ultor in ira
P onè ſequens ualeat: ſed cui bona pectore mens eſt,
O bſequitur'q; deo, deus illam molliter aram
L ambit, & ipſe ſuos ubi contigit ignis honores,
D efugit ab ſacris, rurſum'q; reconditur antro.
H uic fas auxilium & uulcania tangere dona.
H æc mora ſi medias exedit noxia fibras,
H is laue præſidijs adfecta'q; corpora mulce
R egnantem excutiens morbum. deus autor, & ipſa
A rtem aluit natura ſuam. quæ robore peſtis
A crior aut leto propior uia, ſed tamen illi
H inc uenit auxilium ualida uehementius ira.



Q uòd primam ſi fallet opem dimiſſa facultas,
A t tu præcipitem, qua ſpes eſt proxima, labem
A dgredere. in ſubito ſubita eſt medicina tumultu.
S tringendæ nares, ſcindenda ligamina ferro
A rmorum, gemina'q; cruor ducendus ab aure.
H inc uitium, hinc illa eſt auidæ uehementia peſti.
I llicet auxilijs feſſum ſolabere corpus:
S ubſiduas'q; feces, diffuſa q; maſſica priſco
S parge cado. liber teneres è pectore curas
E xiget: eſt morbo liber medicina furenti.
Q uid dicam tuſſis, quid mœſti damna ueterni,
A ut incuratæ ſiqua eſt tutela podagræ?
M ille tenent peſtes: cura'q; potentia maior.
M itte age: non opibus tanta eſt fiducia noſtris.
M itte, animæ ex alto ducendum numen olympo,
S upplicibus'q; uocanda ſacris tutela deorum.
I dirco aerijs molimur compita lucis,
S picatas'q; faces ſacrum ad nemora alta Dianæ
S iſtimus, & ſolito catuli uelantur honore,
I pſaq; per flores medio in diſcrimine luci
S trauere arma, ſacris & pace uacantia feſta.
T um cadus, & uiridi fumantia liba feretro
P ræueniunt, tenera'q; extrudens cornua fronte
H ædus, & ad ramos etiamnum hærentia poma
L uſtralis de more ſacri, quo tota iuuentus
L uſtratur'q;, deæ pro'q; anno reddet honorem.
E rgo impetrato reſpondet multa fauore
A d partes qua poſcis opem, ſeu uincere ſyluas,
S eu tibi fatorum labes exire, minas'q;
C ura prior, tua magna fides tutelaq; uirgo.

### De equis.

R eſtat equos finire notis, quos arma Dianæ
A dmittant. non omne meas genus audet in artes.
E ſt uitium ex animo. ſunt quos imbellia fallant
C orpora: præueniens quondam eſt incómoda uirtus.
C onſule, Penei qualis perfunditur amne.
T heſſalus, aut patriæ quem conſpexere Mycenæ.
G laucū nempe ingens nempe ardua fundet in auru
C rura. quis elæas potior luſtrauit harenas?
N e tamen hoc attingat opus, iactantior illi
V irtus, q̃ ſyluas durum'q; laceſſere martem.
N ec ſæuos miratur equos terrena Syene.
S cilicet & Parthis inter ſua mollia rura
M anſit honor, ueniat Caudini ſaxa Taburni
G arganum'ue trucem aut ligurinas deſuper alpes.
A nte opus excuſſis cadet unguibus: & tamen illi
E ſt animus, finget'q; meas ſe iuſſus in artes.
S ed iuxta uitium poſuit deus. at tibi contra
C allæcas luſtratur equis ſcrupoſa Pyrene.
N on tamen hiſpano martem tentare minacem
A uſim. murcabij uix ora tenacia ferro
C oncedunt, aut tota leui Naſamon *
F ingit equos Piſis Numidæ ſoluer *
A udax & patiens operum genus. ille uigebit
C entum actus ſpatijs, atq; eluctabitur iram.
*Nec magni cultus, ſterilis quodcunq; remiſit
T erra ſui, tenues'q; ſitis producere riui.
S ic & Strimonio facilis tutela biſaltæ.
P oſſent Aetnæas utinam ſe ferre per artes,
Qui ludus Siculis. quid tum ſi turpia colla



A ut tenuis dorſo curuatur ſpina? per illos
C antatus graijs Agragas, uictæ'q; fragoſum
H ebroden liquere feræ. ò quantus in armis
I lle meis, cuius dociles pecuaria fœtus
S ufficient, queis Chaonias contendere contra
A uſit, uix merita quas ſignat Achaia palma.
S padices uix pellæi ualuere cerauni
E t tibi deuotæ magnum pecuaria Cyrræ,
P hœbe decus noſtras agere in ſacraria tenſas.
V enanti melius pugnat color, optima nigri
* ra illi badios'q; legunt *
E t quorum feſſas imitantur terga fauillas
* ntum Italiæ, ſic dij uoluere parentes
* & terras omni præcepimus uſu.
* illuſtrat prata *

N onnulla eroſa penitus legi non potuerunt. Hæc deſcripta ſunt ex codice Longobardicis literis ſcripto.

# P. OVIDII NASONIS HALIEVTICA.

*                                         *

Cæpit mundus legē, dedit arma per omnes,
a. Admonuitq́; ſui. uitulus ſic nāq; minaci
Qui nōdū gerit in tenera iā cornua fronte,
S icdamæ fugiunt. pugnant uirtute leones,
E t morſu canis, & caudæ ſic ſcorpius ictu:
C oncuſſisq́; leuis pinnis ſic euolat ales.
O mnibus ignotæ mortis timor, omnibus hoſtem
P ræſidiumq́; datum ſentire, & noſcere teli
V imq́; modumq́; ſui. ſic & Scarus arte ſub undis
S[i] in          *
D ecidit, aſſumptamq́; dolo tandem pauet eſcam:
N on audet radijs obnixa occurrere fronte,
A uerſus crebro ueniens ſub uerbere caudæ,
L axans ſubſequitur, tutumq́; euadit in æquor.
*Quin etiam ſi forte aliquis dampus nataret
M itis luctantem ſcarus hunc in uimine uidit
A uerſi caudam morſu tenet atq;    *
*      nato quem texitq́; reſultet    *
S æpia tarda fugæ, tenui cum forte ſub unda
D eprenſa eſt, iamiamq́; manus timet illa rapaces,
I nficiens æquor nigrum uomit illa cruorem,
A uertitq́; uices, oculos fruſtrata ſequentes.
C lauſus rete lupus q̄uis immanis & acer
*Dimotis cauda ſubmiſſus ſedet armis in auſtri
E micat, atq; dolos ſaltu diludit inultus.
E t murena ferox teretis ſibi conſcia tergi,
A d laxata magis conuerſa foramina retis,

T andem per multos euadit lubrica flexus,
E xemploq́; nocet, cunctis interuenit una.
A t contra ſcopulis crinali corpore ſegnis
P olypus hæret, & hac eludit retia fraude,
E t ſub lege loci ſumit mutatq́; colorem,
S emper ei ſimilis quem contigit. atq; ubi prædam
P endentem retis auidus rapit, hic quoq; fallit
E lato calamo, cum demum emerſus in auras
B rachia diſſoluit, populatumq́; expuit hamum.
A t mugil cauda pendentem euerberat eſcam,
E xcuſſamq́; legit. lupus acri concitus ira,
D iſcurſu fertur uario, fluctusq́; ferentes
P roſequitur, quaſſatq́; caput, dum uulnere ſæuus
L axato cadat hamus, & ora patentia linquat
N ec proprias uires neſcit murena nocendi:
A uxilioq́; ſibi, morſu nec eo minus acri
D eficit, aut animos ponit captiua minaces.
A nthias his tergo, quæ non uidet, utitur armis
V im ſpinæ nouitq́; ſuæ, uerſoq́; ſupinus
C orpore lina ſecat, fixumq́; intercipit hamum.
C ætera quæ denſas habitant animalia ſyluas,
A ut uani quatiunt ſemper lymphata timores,
A ut trahit in præceps non ſana ferocia mentis.
I pſa ſequi natura mouet, uel cominus ire.
I mpiger & telo uenantum ſternere pergit
A gmina, & aduerſis infert ſua pectora telis.
Q uoq́; uenit, fidens magis, & ſublatior ardet,
C oncuſſitq́; toros, & uiribus addidit iram:
P rodidit, atq; ſuo properat ſibi robore letum.
F œdus lucanis prouoluitur urſus ab antris,



Q uid niſi pondus iners, ſtolidæq́; ferocia mentis?
A ctus aper ſetis iram denuntiat hirtis:
E t ruit, oppoſiti nitens in uulnera ferri,
P reſſus & emiſſo moritur per uiſcera telo.
A ltera pars fidens pedibus, dat terga ſequenti,
V t pauidi lepores, ut fuluo tergore damæ
E t capto fugiens ceruus ſine fine timore.
I pſa ſequi natura docet, uel cominus ire.
H ic generoſus honos, & gloria maior equorum,
N am capiunt animus palmam, gaudentq́; triumpho,
S eu ſeptem ſpatijs circo meruere coronam,
N onńe uides uictor quanto ſublimius altum
A ttollat caput, & uulgi ſe uenditet auræ?
C elſáue cum cæſo decoratur terga leone
Q uàm tumidus, quantoq́; uenit ſpectabilis actu
*Compeſcatq́; ſolum generoſo concita pulſu
V ngula ſub ſpolijs grauiter redeuntis opimis.
Q uæ laus prima canum, quibus eſt audacia præceps,
V enandiq́; ſagax uirtus, uiresq́; ſequendi.
Q uæ nunc elatis rimantur naribus auras,
E t nunc demiſſo quærunt ueſtigia roſtro,
E t produnt clamore feram: dominumq́; uocando,
I ncrepitant. quem ſi collatis effugit armis:
I nſequitur tumulosq́; canis, camposq́; per omnes.
N oſter in arte labor poſitus, ſpes omnis in illa.
N ec tamen in medias pelagi te pergere ſedes
A dmoneam, uaſtiq́; maris tentare profundum.
I nter utrunq; loci melius moderabere finem.
A ſpera num ſaxis loca ſint: nam talia lentos
D epoſcunt calamos: at purum retia littus.

N um mons horrentes demittat cælſior umbras
I n mare: nam uarie quidam fugiuntq; petuntq;.
N um uada ſubnatis imo uiridentur ab herbis
*                                        *
O blectetq; moras, & molli ſeruiat algæ.
D eſcripſit ſedes uarias natura profundi:
N ec cunctos una uoluit conſiſtere piſces.
N am gaudent pelago, quales Scombriq; Bouesq;
H ippuri celeres, & nigro tergore Milui,
E t pretioſus Helops noſtris incognitus undis,
A c durus Xiphias, ictu non mitior enſis,
E t pauidi magno fugientes agmine Tunni.
P arua echeneis adeſt, mirũ, mora puppibus ingens:
T uq; comes ratium, tractiq; per æquora ſulci
Qui ſemper ſpumas ſequeris pompile nitentes,
C ercyrosq; ferox ſcopulorum fine moratus,
C antharus ingratus ſucco, tum concolor illi
O rphas, cæruleaq; rubens Erythinus in unda,
I nſignis Sargusq; notis, inſignis & alis,
E t ſuperaurata Sparulus ceruice refulgens,
E t rutilus pagur, & fului Synodontes, & ex ſe
C oncipiens Channe gemino fraudata parente.
T um uiridis ſquamis paruo ſaxatilis ore,
E t rarus faber, & pictæ Mormyres, & auri
C hryſophrys imitata decus, tum corporis umbræ
L iuentis rapidiq; lupi, Percæq;, Tragiq;.
Quin laude inſignis caudæ Melanurus, & ardens
A uratis murena notis, Merulæq; uirentes,
I mmitisq; ſuæ conger per uulnera gentis,
E t capitis duro nociturus ſcorpius ictu,



A c nunq̃ æſtiuo conſpectus ſydere Glaucus.
A t contra herboſa piſces laxantur harena,
V t Scarus, epaſtas ſolus qui ruminat eſcas.
*Fœcundumq; genus Menærelamirosq; ſmarisq;,
A tq; immunda Chromis, merito uiliſſima ſalpa
A tq; auium dulces nidos imitata ſub undis
E t ſqualus tenui ſuffuſus ſanguine mullus
F ulgentes ſoleæ candore, & concolor illis
P aſſer, & adriaco mirandus littore Rhombus,
T unc epodes lati, tum molles tergore Ranæ.
E xtremi paſ.        *
*
*
L ubricus & ſpina nocuus non gouius ulla,
E t nigrum niueo portans in corpore uirus,
*
L olligo, duriq; ſues, ſinuoſaq; ceſſ*
E t tam deformi non dignus nomine aſellus,
T uq; peregrinis Acipenſer nobilis undis.
*

Deerant non admodum multa in eo exemplari conſumpta penitus uetuſtate.

Pl. L. XXXII, c. ultimo.

His adijciemus apud Ouidiũ poſita nomina, quæ apud neminem alium reperiuntur, ſed fortaſſis in ponto naſcuntur, ubi id uolumen ſupremis ſuis temporibus inchoauit. Idẽ L. xxxij, c. ſecundo. Mihi uidẽtur muriá et quæ Ouidius prodidit piſcium ingenia in eo uolumine, quod halieuticon inſcribitur.

# M. AVRELII OLYMPII NEMESIANI, POETAE CARTHAGINIENSIS CYNEGETICÔN LIBER.

Enandi cano mille uias: hilareſq́; labores,
u Diſcurſuſq́; citos, ſecuri prælia ruris,
Pādimus. Aonio iā nūc mihi pectus ab œſtro
A eſtuat. Ingentes Helicon iubet ire per agros:
C aſtaliuſq́; mihi noua pocula fontis alumno
I ngerit, & late campos metatur apertos:
I mponitq́; iugum uati, retinetq́; corymbis
I mplicitum, ducitq́; per auia, qua ſola nunq̃
T rita rotis. iuuat aurato procedere curru,
E t parere deo: uirides en ire per herbas
I mperat: intacto premimus ueſtigia muſco.
O buia Calliope facies inſiſtere prato
C omplacito, rudibus qua luceat orbita ſulcis.
N am quis non Nioben numeroſo funere mœſtam
I am cecinit? quis non Semelen, ignemq́; iugalem
L etalemq́; ſimul nouit de pellicis aſtu?
Quis magno recreata tacet cunabula Baccho?
V t pater omnipotens maternos reddere menſes
D ignatus, iuſti complerit tempora partus?
S unt qui ſacrilego rorantes ſanguine thyrſos
(N ota nimis) dixiſſe uelint, qui uincula Dirces,
P iſæiq́; tori legem, Danaiq́; cruentum
I mperium, ſponſaſq́; truces ſub fœdere primo.
*Et q̃uis curſus ſe oſtendat tramite noto
D ulcia funereis mutantes gaudia tædis.
B iblidos indictum nulli ſcelus. impia Myrrhæ



C onnubia, & ſæuo uiolatum crimine patrem
N ouimus: utq́; Arabum fugiens cum carperet arua,
I uit in arboreas frondes, animamq́; uirentem.
S unt qui ſquamoſi referant fera ſibila Cadmi,
S tellatumq́; oculis cuſtodem uirginis Iûs,
H erculeoſq́; uelint ſemper numerare labores,
M iratumq́; rudes ſe tollere Therea pinnas
P oſt epulas Philomela tuas. ſunt ardua mundi
Qui male tentantem curru Phaëtonta loquantur,
E xtinctaſq́; canant è miſſo fulmine flammas,
F umantemq́; Padum, cycnum, plumamq́; ſenilem,
E t flentes ſemper germani funere ſyluas.
T antalidum caſus, & ſparſas ſanguine menſas,
C ondentemq́; caput uiſis Titana Mycænis,
H orrendaſq́; uices generis dixere prioris.
C olchidos iratæ ſacris imbuta uenenis
M unera non canimus, pulchræq́; ingentia Glauces.
N on crinem Niſi, non ſæuæ pocula Circes
N ec nocturna pie furantem buſta ſororem.
H æc iam magnorum præcepit copia uatum:
O mnis & antiqui uulgata eſt fabula ſecli.
N os ſaltus, uirideſq́; plagas, campoſq́; patentes
S crutamur, totiſq́; citi diſcurrimus aruis:
E t uarias cupimus facili cane ſumere prædas.
N os timidos lepores, imbelles figere damas,
A udaceſq́; lupos, uulpem captare doloſam
Gaudemus. nos flumineas errare per umbras
M alumus, & placidis Ichneumona quærere ripis
I nter arundineas ſegetes, felemq́; minacem
A rboris in trunco longis præfigere telis,

Implicitumq́; ſinu ſpinoſi corporis Erem
Ferre domum: taliq́; placet dare lintea curæ:
Dum non magna ratis uicinis ſueta moueri
Littoribus, tutosq́; ſinus percurrere remis,
Nunc primum dat uela notis, portusq́; fideles
Linquit, & hadriacas audet tentare procellas.
Mox ueſtros meliore lyra memorare triumphos
Accingar, diui fortiſſima pignora Cari,
Atq; canam noſtrum geminis ſub finibus orbis
Littus, & edomitas fraterno numine gentes
Quæ Rhenum Tygrimq́; bibunt, Ararisq́; remotum
Principium, Niliq́; bibunt ab origine fontem.
Nec taceam primum quæ nuper bella ſub arcto
Felici Carine manu confeceris, ipſo
Pene prior genitore deo: utq́; intima frater
Perſidos, & ueteres Babylonos ceperit arces,
Vltus Romulei uiolata cacumina regni.
Imbellemq́; fugam referam, clauſasq́; pharetras
Parthorum, laxosq́; arcus, & ſpicula nulla.
Hæc nobis noſtræ libabunt carmina Muſæ,
Cum primum uultus ſacros, bona numina terræ,
Contigerit uidiſſe mihi. iam gaudia nota
Temporis impatiens ſenſus, ſpretorq́; morarum
Præſumit: uideorq́; mihi iam cernere fratrum
Auguſtos habitus, Romam, clarumq́; ſenatum
Et fidos ad bella duces, & milite multo
Agmina, quis fortes animat deuotio mentes.
Aurea purpureo longe radiantia uelo
Signa micant, ſinuatq́; truces leuis aura dracones.
Tu modo quæ ſaltus placidos, ſyluasq́; pererras



Latonæ Phœbe magnum decus, eia age ſuetos
Sume habitus, arcumq́; manu: pictamq́; pharetram
Suſpende ex humeris: ſint, aurea tela, ſagittæ:
Candida puniceis aptentur crura cothurnis,
Sit chlamys aurato multum ſubtegmine luſa,
Corrugesq́; ſinus gemmatis baltheus arctet
Nexibus: implicitos cohibe diademate crines.
Tecum Naïades faciles, uiridiq́; iuuenta
Pubētes Dryades, nymphæq́; unde amnibus humor
Adſint, & docilis decantet oreadas Echo.
Duc age diua tuum frondoſa per auia uatem.
Te ſequimur: tu pande domos, & luſtra ferarum.
Huc igitur mecum quiſquis percuſſus amore
Venandi, damnas lites, auidosq́; tumultus,
Ciuilesq́; fugis ſtrepitus, belliq́; fragores,
Nec prædas auido ſectaris gurgite ponti.
Principio tibi cura canum non ſegnis ab anno
Incipiat primo, cum Ianus temporis author
Pandit in occiduum biſſenus menſibus æuum.
Elige tunc curſu facilem, facilemq́; recurſu
Seu Lacedæmonio natam, ſeu rure moloſſo
Non humili de gente canem. ſit cruribus altis,
Sit rigidis, multamq́; gerat ſub pectore lato
Coſtarum ſub fine decenter prona carinam,
Quæ ſenſim rurſus ſicca ſe colligat aluo,
Renibus ampla ſatis ualidis, diductaq; coxas,
Cuiq; nimis molles fluitent in curſibus aures.
Huic parilem ſubmitte marem, ſic omnia magnum.
Dum ſuperant uires, dum læto flore iuuentus,
Corporis & uenis primæui ſanguis abundat.

N anq; graues morbi ſubeunt, ſegniſq́; ſenectus:
I nualidamq́; dabunt non firmo robore prolem.
S ed diuerſa magis fœturæ conuenit ætas.
T u bis uicenis plenum iam menſibus acrem
I n uenerem permitte marem. ſit fœmina, binos
Q uæ tulerit ſoles. hæc optima cura iugandis.
S ed non ſpartanos tantum, tantum ue moloſſos
P aſcendum catulos: diuiſa Britannia mittit
V eloces, noſtriq́; orbis uenatibus aptos.
N ec tibi pannonicæ ſtirpis temnatur origo,
N ec quorum proles de ſanguine manat hibero.
Q uin etiam ſiccæ Libyes in finibus acres
G ignuntur catuli, quorum non ſpreueris uſum.
M ox cum ſe bina formarit lampade Phœbe,
E x quo paſſa marem genitalia uiſcera turgent,
F œcundos aperit partus matura grauedo
C ontinuo, largaq́; uides ſtrepere omnia prole.
S ed quã uis auidus primos contemnere partus
M alueris, mox non omnes nutrire minores.
N am tibi ſi placitum populoſos paſcere fœtus:
I am macie tenues, ſucciq́; uidebis inanes,
P ugnantesq́; diu quis nam prior ubera lambat
D iſtrahere inualidam laſſato uiſcere matrem.
S in uero hæc cura eſt, melior ne forte necetur,
A bdatur ue domo, catulosq́; probare uoluntas,
Q ueis nondum greſſus ſtabiles, neq; lumina paſſa
L uciferum uidere iubar, quæ prodidit uſus
P ercipe, & intrepidus ſpectatis adnue dictis.
P ondere nam catuli poteris perpendere uires,
C orporibusq́; leues grauibus prænoſcere curſu.


Q uin & flammato ducatur linea longe
C ircuitu, ſignetq́; habilem uapor igneus orbem.
I mpune in medio poſſis conſiſtere circo.
H uc omnes catuli, huc indiſcreta feratur
T urba. dabit mater partus examine honeſtos
I udicio natos ſeruans, trepidoq́; periclo.
N am poſtquã concluſa uidet ſua germina flammis,
C ontinuo ſaltu tranſcendens feruida Zonæ
V incla, rapit rictu primum, portatq́; cubili,
M ox alium, mox deinde alium. ſic conſcia mater
S egregat egregiam ſobolem uirtutis amore.
H os igitur genitrice ſimul, iam uere ſereno,
M olli paſce ſero paſſim. nam lactis abundans
T empus adeſt, albent plenis & ouilia mulctris.
I nterdumq́; cibo cererem cum lacte miniſtra.
F ortibus ut ſuccis teneras complere medullas
P oſſint, & ualidas iam tunc promittere uires.
S ed poſtquã Phœbus candentem feruidus axem
C ontigerit. tardasq́; uias, cancriq́; morantis
S idus init, tunc conſuetam minuiſſe ſaginam
P rofuerit, tenuesq́; magis retinere cibatus.
N ec grauis articulos deprauet pondere molles.
N am cum membrorum nexus, nodosq́; relaxant,
I nfirmosq́; pedes, & crura natantia ponunt,
T unc etiam niueis armantur dentibus ora.
S ed neq; concluſos teneas, neq; uincula collo
I mpatiens circundederis, noceasq́; futuris
C urſibus imprudens. catulis nam ſæpe remotis,
A ut uexare trabes, laceras aut pandere ualuas
M ens erit, & teneros torquent conatibus artus,

Obtunduntúe nouos adroſo robore dentes,
Aut teneros duris impingunt poſtibus ungues.
Mox cum iam ualidis inſiſtere cruribus ætas
Paſſa quater binos uoluens ab origine menſes,
Inleſis catulos ſpectaueris undiq; membris,
Tunc rurſus miſcere ſero cerealia dona
Conueniet, fortemq́; dari de frugibus eſcam.
Libera tunc primum conſueſcant colla ligari,
Concordes & ferre gradus, clauſiq́; teneri.
Iam cum bis denos Phœbe reparauerit ortus,
Incipe non longo catulos producere curſu,
Sed paruæ uallis ſpatio, ſeptóue nouali.
His leporem præmitte manu, non uiribus æquis,
Nec curſus uirtute parem, ſed tarda trahentem
Membra, queant iam nunc faciles ut ſumere prædas
Nec ſemel indulge catulis moderamine curſus,
Sed, donec ualidos etiam præuertere ſueſcant,
Exercto diu, uenandi munere cogens
Diſcere, & emeritæ laudem uirtutis amare.
Nec non conſuetæ norint hortamina uocis,
Seu curſus reuocent, iubeant ſeu tendere curſus.
Quin etiam docti uictam contingere prædam,
Exanimare uelint tantum, non carpere ſumptam.
Sic tibi ueloces catulos reparare memento
Semper, & in paruos iterum protendere curas.
Nam triſtis morbi ſcabies, & ſordida uenis
Sæpe uenit, multamq́; canes diſcrimine nullo
Dant ſtragem. Tu ſollicitos impende labores,
Et ſortire gregem ſuffecta prole quotannis.
Quin acidos bacchi latices tritonide oliua



Admiſcere decet: catulosq́; canesq́; maritus
Vnguere profuerit, tepidoq́; oſtendere ſoli,
Auribus & tineas candenti pellere cultro.
Eſt etiam canibus rabies, letale periclum,
Quod ſeu cœleſti corrupto ſydere manat,
Cum ſegnes radios triſti iaculatur ab æthra
Phœbus, & attonito pallens caput exerit orbe:
Seu magis ignicomi candentia terga leonis
Cum quatit, hoc canibus blandis inuiſcerat æſtus,
Exhalat ſeu terra ſinus, *ſeu noxius aer
Cauſa mali, ſeu cum gelidus non ſufficit humor,
Torrida per uenas concreſcunt ſemina flammæ.
Quicquid id eſt, imas agitat ſub corde medullas,
Inq́; feros rictus nigro ſpumante ueneno
Proſilit, inſanos cogens infigere morſus.
Diſce igitur potus medicos, curamq́; ſalubrem.
Tunc uiroſa tibi ſumes, multumq́; domabis
Caſtorea, adtritu ſilicis lenteſcere cogens.
Ex ebore huc trito puluis, ſectóue feratur,
Admiſcensq́; diu facies concreſcere utrunq;:
Mox lactis liquidos ſenſim ſuperadde fluores,
Vt non cunctantes hauſtus infundere cornu
Inſerto poſſis, furiasq́; repellere triſtes,
Atq; iterum blandas canibus componere mentes.
Quin & Thuſcorum non eſt extrema uoluptas
Sæpe canum. eſt forma illis licet obſita uillo,
Diſſimilesq́; habeant catulis uelocibus artus:
Haud tamen iniucunda dabunt tibi munera præda.
Namq; & odorato noſcunt ueſtigia prato,
Atq; etiam leporum ſecreta cubilia monſtrant.

H orum animos, moreſq; ſimul, nareſq; ſagaces
M ox referam: nunc omnis adhuc narranda ſupellex
V enandi, cultuſq; mihi dicendus equorum.
Cornipedes igitur lectos det Græcia nobis,
C appadocumq; notas referat generoſa propago
*Armata & palmas nuper grex omnis auorum.
I llis ampla ſatis læui ſunt æquora dorſo,
I mmodicumq; latus, paruæq; ingentibus alui,
A rdua frons, aureſq; agiles, capitiq; decoro
A ltus honos, oculiq; uago ſplendore micantes:
P lurima ſe ualidos ceruix reſupinat in armos:
F umant humentes calida de nare uapores:
N ec pes officium ſtandi tenet: ungula terram
C rebra ferit, uirtuſq; artus animoſa fatigat.
Q uin etiam gens ampla iacet trans ardua calpes
C ulmina, cornipedum late fœcunda proborum.
N anq; ualent longos pratis intendere curſus:
N ec minor eſt illis, Graio q̃ in corpore, forma.
N ecnon terribiles ſpirabile numen anhelæ
P rouoluunt flatus, & lumina uiuida torquent,
H innituſq; cient tremuli, frenisq; repugnant.
N ec ſegnes mulcent aures, nec crure quieſcunt.
S it tibi præterea ſonipes, Mauruſia tellus
Q uem mittit, modo ſit gentili ſanguine firmus,
Q uemq; coloratus Mazax deſerta per arua
P auit, & aſſiduos docuit tolerare labores.
N ec pigeat quod turpe caput, deformis & aluus
E ſt ollis, quodq; infrenes, quod liber uterq;
Q uodq; iubis pronos ceruix diuerberet armos.
N am flecti facilis, laſciuaq; colla ſecutus



P aret in obſequium lentæ moderamine uirgæ.
V erbera ſunt præcepta fugæ, ſunt uerbera freni.
Q uin & promiſſi ſpatioſa per æquora campi,
C urſibus acquirunt commoto ſanguine uires,
P aulatimq; auidos comites poſt terga relinquunt,
H aud ſecus effuſis Nerei per cœrula uentis,
C um ſe Threicius boreas ſuperextulit antro,
S tridentiq; ſono uaſtas exterruit undas,
O mnia turbato ceſſerunt flumina ponto:
I pſe ſuper fluctus ſpumanti murmure feruens,
C onſpicuum pelago caput, eminet: omnis euntem
N ereidum mirata ſuo ſtupet æquore turba.
H orum tarda uenit longi fiducia curſus:
H is etiam emerito uigor eſt iuuenilis in æuo.
» N am quæcunq; ſuis uirtus bene floruit annis,
» N on prius eſt animo q̃ corpore paſſa ruinam.
P aſce igitur ſub uere nouo farragine molli
C ornipedes, uenamq; feri, ueteresq; labores
E ffluere aſpecta nigri cum labe cruoris.
M ox lætæ redeunt in pectora fortia uires,
E t nitidos artus diſtento robore formant.
M ox ſanguis uenis melior calet: ire uiarum
L onga uolunt, latumq; fuga conſumere campum.
I nde ubi pubentes calamos durauerit æſtas,
L actentesq; urens herbas ſiccauerit omnem
M enſibus humorem, culmisq; armarit ariſtas:
O rdea tum, paleaſq; leues præbere memento.
P uluere quin etiam puras ſecernere fruges
C ura ſit, atq; toros manibus percurrere equorum,
G audeat ut plauſu ſonipes, lætumq; relaxet

Corpus,& altores rapiat per uiſcera ſuccos.
Id curent famuli,comitum'q; animoſa iuuentus.
Nec non & caſſes iidem uenatibus aptos,
Atq; plagis,longo'q; meantia retia tractu
Addiſcant raris ſemper contexere nodis,
Et ſeruare modum maculis,lino'q; tenaci
Linea.quin etiam magnos circundare ſaltus
Quæ poſſit,uolucres'q; metu concludere prædas,
Digerat innexas non una ex alite pinnas
Namq; urſos,magnos'q; ſues,ceruos'q; fugaces,
Et vulpes,acres'q; lupos,ceu fulgura cœli,
Terrificant,lini'q; uetant trăſcendere ſeptum.
Has igitur uario ſemper fucare ueneno
Cura tibi, niueis'q; alios miſcere colores,
Alternos'q; metus,ſubtegmina tempore longo,
Dant tibi pinnarum terrentia milia uultur.
Dat Libye magnarum auium fœcunda creatrix:
Datq; grues,cycni'q; ſenes,& candidus anſer:
Dant,quæ fluminibus,craſſis'q; paludibus errant,
Pellitos'q; pedes ſtagnanti gurgite tingunt.
Hinc mage puniceas natiuo munere ſumes.
Nanq; illic ſine fine greges florentibus alis
Inuenies auium,ſuaui'q; rubeſcere luto,
Et ſparſos paſſim tergo uenare colores.
His ita diſpoſitis,hiemis ſub tempus aquoſæ
Incipe ueloces catulos immittere pratis,
Incipe cornipedes latos agitare per agros:
Venemur dum mane nouum,dum mollia prata
Nocturnis calcata feris ueſtigia ſeruant.





## M. AVRELII OLYMPII NEMESIANI, POETAE CARTHAGINIENSIS ECLOGA PRIMA.

### INTERLOCVTORES TIMETAS ET TITYRVS.

TIM. Dum fiſcella tibi fluuiali Tityre iunco
Texitur,et rauas reſonăt tua rura cicadis:
Incipe,ſi qđ hẽs gracili ſub arũdie carmẽ
Compoſitum.nam te calamos inflare labello
Pan docuit: uerſu'q; bonus tibi fauit Apollo.
Incipe, dum ſalices hœdi,dum gramina uaccæ
Detondent:uiridi'q; gregem permittere campo
Et ros,& prima ſuadet clementia ſolis.
TIT. Hos annos,cană'q; meă mihi care ſenectam
Tu iuuenis,caru'q; deis in carmina cogis?
Viximus,& calamis uerſus cantauimus olim,
Dum ſecura hilares ætas ludebat amores.
Nunc album caput:& ueneres tepuere ſub annis.
Iam mea ruricolæ dependet fiſtula Fauno.
Te nunc rura ſonant. nuper nam carmine uictor
Riſiſti calamos,& diſſona flamina Mopſi
Iudice me.Mecum ſenior Melibœus utrunq;
Audierat,laudes'q; tuas ſublime ferebat.
Quem nunc emeritæ permenſum tempora uitæ
Secreti pars orbis habet,mundus'q; piorum.
Quare age.ſi qua tibi Meliboei gratia uiuit,
Dicat honoratos prædulcis tibia manes.
TIM. Et parere decet iuſſis:& grata iubentur.

N anq; fuit dignus ſenior, quem carmine Phœbus,
P an calamis, fidibusq; Linus, modulatibus Orpheus
C oncanerent: atq; acta uiri, laudesq; ſonarent.
S ed quia tu noſtræ muſam depoſcis auenæ:
A ccipe, quæ ſuper hæc Ceraſus, quã cernis ad amnẽ,
C ontinet, inciſo ſeruans mea carmina libro.
TIT. Dic age. ſed, nobis ne uento garrula pinus
O bſtrepat: has ulmos potius, fagoſ ue petamus.
TIM. Hic cantare libet. uirideis nam ſuggerit herbas
M ollis ager: lateq; tacet nemus omne. quieti,
A ſpice, ut ecce procul decerpant gramina tauri.
Omniparens æther, & rerum cauſa liquores,
C orporis & genitrix tellus, uitalis & aër,
A ccipite hos calamos: atq; hæc noſtro Melibœo
M ittite: ſi ſentire datur poſt fata quietis.
N am ſi ſublimes animæ cœleſtia templa,
S ydereasq; colunt ſedes, mundoq; fruuntur:
T u noſtros aduerte modos: quos ipſe benigno
P ectore fouiſti; quos tu Melibœe probaſti.
L onga tibi, cunctisq; diu ſpectata ſenectus,
F elicesq; anni, noſtriq; nouiſſimus æui
C irculus, innocuæ clauſerunt tempora uitæ.
N ec minus hinc nobis gemitus, lacrimæq; fuere,
Q uàm ſi florenteis mors inuida pelleret annos:
H æc tenuit tales communis cauſa querelas.
H eu Melibœe iaces letali frigore ſegnis
L ege hominum, cœlo dignus, canente ſenecta,
C onciliòq; deûm. Plenum tibi ponderis æqui
P ectus erat. Tu ruricolûm diſcernere liteis
A ſſueras, uarias patiens mulcendo querelas.



S ub te ruris amor, ſub te reuerentia iuſti
F loruit: ambiguos ſignauit terminus agros.
B landa tibi uultus grauitas, & mite ſerena
F ronte ſupercilium, ſed pectus mitius ore.
T u calamos aptare labris, coniungere cæra
O ratus, duras docuiſti fallere curas:
N ec ſegnem paſſus nobis marcere iuuentam.
S æpe dabas meritæ non uilia præmia muſæ.
S æpe etiam ſenior, ne nos cantare pigeret,
L ætus phœbea dixiſti carmen auena.
F elix ò Melibœe uale. tibi frondis odoræ
M unera dat, lauros carpens ruralis Apollo.
D ant Fauni quod quiſq; ualet, de uite racemos,
D e campo culmos, omniq; ex arbore fruges.
D at grandæua Pales ſpumantia cymbia lacte.
M ella ferunt nymphæ. Pictas dat Flora coronas.
M anibus hic ſupremus honos. Dant carmina Muſæ.
C armina dant Muſæ. nos te modulamur auena.
S ylueſtris nunc te Platanus Melibœe ſuſurrat.
T e Pinus reboat. Te quicquid carminis Echo.
R eſpondent ſyluæ. Te noſtra armenta ſequuntur.
N anq; prius ſiccis phocæ naſcentur in aruis:
V eſtitusq; freto uiuet leo: dulcia mella
S udabunt taxi: confuſis legibus annus
M eſſem triſtis Hyems, Aeſtas tractabit oliuas:
A nte dabit flores Autumnus: Ver dabit uuas:
Q uàm taceat Melibœe tuas mea fiſtula laudes.
TIT. Perge puer: cœptum tibi iam ne deſere carmen.
N am ſic dulce ſonas, ut te placatus Apollo
P rouehat, & felix dominam perducat ad urbem.

N anq; hic in ſyluis præſens tibi fama benignum
S trauit iter, rumpens liuoris nubila plena.
S ed iam ſol demittit equos de culmine mundi,
F lumineos ſuadens gregibus præbere liquores.

## AECLOGA II.

Interlocutores Aſtacus & Alcon.

F Ormoſam Donacen puer Aſtacus, et puer Alcõ
Ardebant: rudibusq́; annis incenſus uterq;,
I n Donaces uenerem furiata mente ruebant.
H anc, cum uicini flores in uallibus horti
C arperet, & molli gremium compleret acantho,
I nuaſere ſimul: Venerisq́; immitis uterq;
T um primum dulci carpebant gaudia furto.
H inc amor, & pueris iam non puerilia uota.
Q uers anni ter quinq; hyemes, & cura iuuentæ.
S ed poſtq̃ Donacen duri clauſere parentes,
E t non tam tenui filo de uoce ſonarent;
S ollicitumq́; foret linguis onus, improba ceruix,
S uffuſusq́; rubor crebro, uenæq́; tumentes:
T um uero ardentes flammati pectoris æſtus
C arminibus, dulciq́; parant releuare querela.
A mbo æuo, cantuq́; pares, nec diſpare forma:
A mbo genis leues, intonſis crinibus ambo.
A tq; ſub hac platano mœſti ſolatia caſus
A lternant: Idas calamis, & uerſibus Alcon.
ID Q uæ colitis ſyluas Dryades, quæq́; antra Napeæ,
E t quæ marmoreo pede Naides uda ſecatis
L ittora, purpureosq́; alitis per gramina flores,



D icite quo prato Donacen, qua forte ſub umbra
I nueniam, roſeis ſtringentem lilia palmis?
N am mihi iam trini perierunt ordine ſoles,
E x quo conſueto Donacen expecto ſub antro.
I nterea, tanq̃ noſtri ſolamen amoris
H oc foret, aut poſſet rabidos mediare furores,
N ulla meæ trinis tetigerunt gramina uaccæ
L uciferis, nulloq́; biberunt amne liquores:
S iccaq; fœtarum lambentes ubera matrum,
S tant uituli, & teneris mugitibus aëra complent.
I pſe ego nec molli iunco, nec uimine lento
P erfeci calathos cogendi lactis in uſus.
Q uid tibi, quæ noſti, referam? ſcis mille iuuencas
E ſſe mihi. noſti nunq̃ mea mulctra uacare?
I das ille ego ſum Donace, cui ſæpe dediſti
O ſcula, nec medios dubitaſti rumpere cantus,
A tq; inter calamos errantia labra petiſti.
E heu nulla meæ te tangit cura ſalutis.
P allidior buxo, uiolæq́; ſimillimus erro.
O mnes ecce cibos, & noſtri pocula bacchi
H orreo: nec placido memini concedere ſomno.
T e ſine ue miſero mihi lilia nigra uidentur,
P allentesq́; roſæ, nec dulce rubens hyacinthus,
N ullos nec myrtus, nec laurus ſpirat odores.
A t tu ſi uenias: & candida lilia fient,
P urpureæq́; roſæ, tum dulce rubens hyacinthus.
T um mihi cum myrto laurus ſpirabit odores.
N am dum Pallas amet turgentes ſanguine baccas
D um Bacchus uites, deus & ſata poma Priapus,
P aſcua læta Pales: Idas te diliget unam.

H æc Idas calamis. tu, quæ reſponderit Alcon,
V erſu Phœbe referſ; ſunt aurea carmina Phœbo.
ALC. O` montana Pales, o` paſtoralis Apollo,
E t nemorum Syluane potens, & noſtra Dione,
Q uæ iuga celſa tenes Erìcis; cui cura, iugaleis
C oncubitus hominum totis connectere ſeclis:
Q uid merui? cur me Donace formoſa reliquit?
M unera nāq; dedi, noſter quæ non dedit Idas:
V ocalem longos quæ ducit Aëdona cantus:
Q uæ, licet interdum contexto uimine clauſa
C um paruæ patuere fores, ceu libera ferri
N ouit, & agreſteis inter uolitare uolucres:
S cit rurſus remeare domum, tectumq́; ſubire
V iminis, & caueam totis præponere ſyluis.
P ræterea tenerum leporem, geminasq́; palumbes
N uper, quæ potui ſyluarum præmia miſi.
E t poſt hæc Donace noſtros contemnis amores?
F orſitan indignum ducis, ꝙ ruſticus Alcon
T e cupiam, qui mane boues in paſcua ducam:
D ij, pecorum pauere greges, formoſus Apollo,
P an doctus, Fauni uates, & pulcher Adonis.
Q uin etiam fontis ſpeculo me mane notaui,
N ondum purpureos Phœbus cum tolleret orbeis,
N ec tremulum liquidis ſplenderet lumine in undis.
Q uod uidi, nulla tegimur lanugine malas.
P aſcimus & crinem. Noſtro formoſior Ida
D icor: & hoc ipſum mihi tu narrare ſolebas,
P urpureas laudando genas, & lactea colla,
A tq; hilares oculos, & formam puberis æui.
N ec ſumus indocti calamis. Cantamus auena,



Q ua diui cecinere prius: qua dulce locutus
T ityrus, è ſyluis dominam peruenit ad urbem.
N os quoq; te propter Donace, cantabimus urbi:
S i modo coniferas inter uiburna cupreſſos,
A tq; inter pinos corylum frondeſcere fas eſt.
S ic pueri Donacen toto ſub ſole canebant:
F rigidus è ſyluis donec deſcendere ſuaſit
H eſperus, & ſtabulis paſtos inducere tauros.

## AECLOGA III.

### PAN.

n Yctilos, atq; Mycō, nec nō & pulcher Amintas
Torrentem patula uitabant ilice ſolem:
C um Pan uenatu feſſus recubare ſub ulmo
C œperat, & ſomno laſſatus ſumere uires:
Q uem ſuper & tereti pendebat fiſtula ramo.
H anc pueri (tanq̄ prædam pro carmine poſſent
S umere: fasq́; eſſet calamos tractare deorum)
I nuadunt furto. ſed nec reſonare canorum
F iſtula, quem fuerat: nec uult contexere carmen:
S ed pro carminibus male ſibila diſſona reddit.
T um Pan excuſſus ſonitu ſtridentis auenæ,
I amq́; uidens: Pueri, ſi carmina poſcitis, inquit,
I pſe canam. Nulli fas eſt inflare cicutas,
Q uas ego Mænalijs cera coniungo ſub antris.
I amq́; ego Bacche tuos ortus, & ſemina uitis
O rdine detexam. debemus carmina Baccho.
H æc fatus, cœpit calamis ſic montiuagus Pan.
Te cano, qui grauidis ederatam fronte corymbis

Vitea ſerta plicas: qui quando palmite tygres
Ducis, odorato perfuſus colla capillo:
Vera Iouis proles. Iam tunc poſt ſydera cœli
Sola Iouem Semele uidit Iouis ora profeſſum.
Hunc pater omnipotens, uenturi prouidus æui,
Protulit, & iuſto produxit tempore partus.
Vos etiam & Nyſæ uiridi nutriſtis in antro
Hunc nymphæ, Fauniq́; ſenes, ſatyriq́; procaces.
Quin & Sylenus paruum ueneratus alumnum
Aut gremio fouet, aut reſupinis ſuſtinet ulnis:
Et uocat ad riſum digito, motuq́; quietem
Allicit: aut tremulis quaſſat crepitacula palmis.
Cui deus arridens, horrenteis pectore ſetas
Vellicat: aut digitis aures aſtringit acutas,
Applauditue manu mutilum caput, aut leue mentū,
Et ſummas tenero collidit pollice nareis.
Interea pueri floreſcit pube iuuenta:
Flauaq; maturo tumuerunt tempora cornu.
Tum primum lenes oſtendit pampinus uuas.
Mirantur ſatyri frondes, & dona Lyæi.
Tum deus, ò Satyri maturos carpite fructus,
Dixit: & ignotos pueri calcate racemos.
Vix hæc ediderat: decerpunt uitibus uuas,
Et portant calatis: celeriq́; illudere plantæ
Concaua ſaxa ſuper properant. Vindemia feruet
Collibus in ſummis: crebro pede rumpitur uua:
Nudaq; purpureo ſparguntur pectora muſto.
Tum Satyri laſciua cohors ſibi pocula quiſq;
Obuia corripuit. quod fors dedit, hoc capit uſus.
Cantaron hic retinet: cornu bibit alter adunco:



Concauat ille manus, palmasq́; in pocula uertit:
Pronus at ille lacu bibit, & crepitantibus haurit
Muſta labris: alius uocalia cymbia mergit:
Atq; alius latices preſſis reſupinus ab uuis
Excipit: at potis ſaliens liquor ore reſultat
Spumeus, inq́; humeros, & pectora diffluit humor.
Omnia ludus habet. cantusq́; chorosq́; licenteis,
Et uenerem iam uina mouent. Raptantur amantes
Concubitu ſatyri fugienteis iungere nymphas:
Iam iamq́; elapſas hic crine, hic ueſte retentat.
Tum primus roſeo Silenus cymbia muſto
Plena ſenex auide non æquis uiribus hauſit.
Ex illo uenas inflatus nectare dulci
Heſternoq́; grauis ſemper ridetur hyacco.
Quin etiam deus ille, deus Ioue natus ab ipſo,
Et plantis uuas premit, & de uitibus haſtas
Ingerit, & lynci præbet cratera bibenti.
Hæc Pan mœnalia pueros in ualle docebat:
Sparſas donec oues campo conducere in unum
Nox iubet, uberibus ſuadens ſiccare fluorem
Lactis, et in niueas aſtrictum cogere glebas.

## AECLOGA XI.

Interlocutores Mopſus & Lycidas.

Populea Lycidas, necnō & Mopſus in umbra
Paſtores, calamis, ac uerſu doctus uterq;,
Nec triuiale ſonans, proprios cantabat amores.
Nam Mopſo Meroë, Lycidæ crinitus Iolas
Ignis erat: pariliſq; furor de diſpare ſexu

Cogebat trepidos totis diſcurrere ſyluis:
Inq; uicem dulces cantu dixere querelas.
Hos puer, ac Meroë multum luſere furentes:
Dum modo condictas uitant in uallibus ulmos,
Nunc fagos placitas fugiunt, promiſſaq; fallunt
Antra; nec eſt animus ſolitos alludere fontes.
Tum tandem feſſi, quos luſus ederat ignis,
Sic ſua deſertis nudarunt uulnera ſyluis,
Inq; uicem dulces cantu dixere querelas.
MOP. Immitis Meroë, rapidisq; fugacior Euris,
Cur noſtros calamos, & paſtoralia uitas
Carmina? quem ue fugis? quæ me tibi gloria uicto?
Quid uultu mentem premis: ac ſpem fronte ſerenas?
Tandem dura negas? Non poſſum nolle negantem.
Cantet, amat quod quiſq;: leuant & carmina curas.
LYC. Reſpice me tandem puer ô crudelis Iola.
Non hoc ſemper eris. perdunt & gramina flores:
Perdit ſpina roſas: nec ſemper lilia candent:
Nec longum tenet uua comas, nec populus umbras:
Donum forma breue eſt, nec ſe tibi commodat annis.
Cantet, amat quod quiſq;: leuant & carmina curas.
MOP. Cerua marē ſequitur, taurū formoſa iuuēca:
Et uenerem ſenſere lupæ, ſenſere leenæ,
Et, genus aereum, uolucres, & ſquammea turba,
Et montes, ſiluæq;: ſuos habet arbor amores:
Tu tamen una fugis: miſerum tu perdis amantem.
Cantet, amat quod quiſq;: leuant & carmina curas.
LYC. Omnia tēpus alit, tēpus rapit. uſus in arcto eſt.
Ver erat: & uitulos uidi ſub matribus iſtos,
Qui nunc pro niuea coiere in cornua uacca.



Et tibi iam tumidæ nares, iam fortia colla:
Iam tibi bis denis numerantur meſſibus anni.
Cantet, amat quod quiſq;: leuant & carmina curas.
MOP. Huc Meroë formoſa ueni: uocat æſtus ī umbrā.
Iam pecudes ſubiere nemus: non ulla canoro
Gutture cantat auis: torto non ſquammea tractu
Signat humū ſerpēs: ſolus cano: me ſonat omnis
Sylua: nec æſtiuis cantu concedo cicadis.
Cantet, amat quod quiſq;: leuant & carmina curas.
LYC. Tu quoq; ſæue puer niueum ne perde colorem
Sole ſub hoc: ſolet hic lucentes urere malas.
Hic age pampinea mecum requieſce ſub umbra.
Hic tibi lene fluens fons murmurat. hic & ab ulmis
Purpureæ fœtis dependent uitibus uuæ.
Cantet, amat quod quiſq;: leuant & carmina curas.
MOP. Qui tulerit Meroes faſtidia longa ſuperbæ:
Sithonias feret ille niues, libycosq; calores:
Nerines potabit aquas: taxiq; nocentis
Non metuet ſuccos: Sardorum gramina uincet:
Et ſua marmaricos coget iuga ferre leones.
Cantet, amat quod quiſq;: leuant & carmina curas.
LYC. Quiſquis amat pueros, ferro præcordia duret:
Nil properet, diſcatq; diu patienter amare,
Prudentesq; animos teneris non ſpernat in annis.
Perferat & faſtus. ſic olim gaudia ſumet:
Si modo ſollicitos aliquis deus audit amantes.
Cantet, amat quod quiſq;: leuant & carmina curas.
MOP. Quid prodeſt, quod me pagani mater Amyntæ
Ter uittis, ter fronde ſacra, ter thure uaporo
Luſtrauit, cineresq; auerſa effudit in amnem,

Incendens uiuo crepitantes ſulfure lauros
Cum ſic in Meroen totis miſer ignibus arſi.
Cantet, amat quod quiſq;: leuant & carmina curas.
LYC. Hæc eadem, nobis quæ uerſicoloria fila
Et mille ignotas Mychale circumtulit artes,
Cantauit, quod Luna timet, quo rumpitur anguis;
Quo currunt ſcopuli: migrant ſata: uellitur arbos.
Plus tamen ecce meus, plus eſt formoſus Iolas.
Cantat, amat quod quiſq;: leuant & carmina curas.

## DE AVRELIO OLYMPIO NEMESIANO EX PETRO CRINITO.

Aurelius Olympius Nemeſianus Afer genere, patria Carthaginenſis fuit. quod antiquiores codices teſtantur. per ea tempora in urbe floruit, quibus Cæſar Numerianus & Dioclitianus imperarunt. quantum præſtiterit in condendis poematis, relatum eſt à Flauio Vopiſco: qui hunc ipſum Nemeſianum nobiliſſimum fuiſſe poetã refert, omnibusq; colonijs atque urbibus magnopere illuſtratum. Calphurnius Siculus (de quo ſupra ſcripſimus) arctiſſima beneuolentia proſecutus eſt Nemeſianum: eiq; dicauit ſuum carmen bucolicum, ueluti monumentum propriæ diligentiæ, atque optimæ uoluntatis. Leguntur adhuc eiuſdem Nemeſiani eclogæ: quibus manifeſto apparet, eum merito cõmendari inter præcipuos atquæ optimos poetas ſui temporis. quo circa ueriſimile eſt, à Numeriano Imp. in maximo pretio habitum: qui & eloquentia, & abſoluendis poematis excelluit. Idem Nemeſianus alia plura compoſuit. nã κυνηγετικὰ, ναυτικὰ, & ἁλιευτικὰ ſcripſit. Ioannes Boccacius, uir, ut illa tempora tulerunt, haud omnino indoctus, citat Nemeſiani poetæ uerſiculos. Hæc ſunt, quæ legimus apud ueteres authores de Nemeſiano.



De codẽ Flauius Vopiſcus Syracuſius meminit: qui de Numeriano loquens, Verſu autem, inquit, talis fuiſſe prædicatur, ut omnes poetas ſui temporis uicerit. Nam & cum Olympio Nemeſiano contendit, qui ἁλιευτικὰ, κυνηγετικὰ, & ναυτικὰ ſcripſit, quiq; omnibus colonijs illuſtratus emicuit; & Aurelium Apollinarem iamborum ſcriptorem, qui patris eius geſta in literas retulit; iiſdem, quæ recitauerat, editis, ueluti radio Solis obtexit.

Floruit Carini temporibus: ut ex ipſius carminibus eſt colligere.

### De T. Calphurnio.

T. Calphur. ſiculus, ut inſcriptiones ueterum codicũ probant: inter bucolici carminis poëtas refertur. huic poſt Maronẽ facile primas in eo genere tribuas. Dioclitiano Cæſare, & Conſtantijs principibus floruit. id quod ex Flauij Vopiſci cõmẽtarijs apparet. quo authore Calph. ad Nemeſianũ ſuum opus miſerit. Ridendi ſunt qui in Auguſti principis ætatẽ hũc referũt: quaſi nõ Numerianũ Carini F. ſed Auguſtum illis uerſibus ſignificarit.
Aurea ſecura cum pace renaſcitur ætas:
& quæ ſub Orniti ſequuntur perſona.

## T.CALPHVRNII SICVLI BVCOLICVM CARMEN AD NEMESIANVM CARTHAGINIENSEM.

### AECLOGA PRIMA.

### INTERLOCVTORES ORNITVS ET CORIDON.

OR. Ondum ſolis equos decliuis mitigat æſtas:
n Q uãuis et madidis incubãt præla racemis,
Et ſpument rauco feruẽtia muſta ſuſurro.
CO. Cernis ut ecce pater quas tradidit Ornite uaccæ
M olle ſub hirſuta latus explicuere geneſta?
N os quoq; uicinis cur non ſuccedimus umbris?
T orrida cur ſolo defendimus ora galero?
OR. Hoc potius frater Corydon nemus, iſta petamus
A ntra patris Fauni: graciles ubi pinea denſat
S ylua comas, rapidoq; caput leuat obuia Soli:
B ullantes ubi fagus aquas radice ſub ipſa
P rotegit, & ramis errantibus implicat umbras.
CO. Q uo me cunq; uocas, ſequor Ornite. nã mea Leuco
D um negat amplexus nocturnaq; gaudia nobis,
P eruia cornigeri fecit ſacraria Fauni.
OR. Prome igitur calamos, et ſi qua recõdita ſeruas.
N ec tibi defuerit mea fiſtula: quam mihi nuper
M atura docilis compegit harundine Lygdon.
E t iam captatæ pariter ſucceſſimus umbræ.
S ed quænam ſacra deſcripta eſt pagina fago?
Q uam modo neſcio quis properãti falce notauit.
CO. Aſpicis ut uirides etiam nunc littera rimas



S eruet? & arenti nondum ſe laxet hiatu?
O rnite fer propius tua lumina. tu potes alto
C ortice deſcriptos citius percurrere uerſus.
N am tibi longa ſatis pater internodia largus,
P rocerumq; dedit mater non inuida corpus.
OR. Non paſtor, non hoc triuiali more uiator,
S ed deus ipſe canit. nihil armentale reſultat.
N on montana ſacros diſtinguunt iubila uerſus.
CO. Mira refers. ſed rumpe moras, oculoq; ſequaci
Q uamprimum nobis diuinum perlege carmen
OR. Q ui iuga qui ſyluas tueor ſatus æthere Faunus
H æc populis uentura cano. iuuat arbore ſacra,
L æta patefactis incidere carmina fagis.
V os o præcipue nemorum gaudete coloni.
V os populi gaudete mei. licet omne uagetur
S ecuro cuſtode pecus, nocturnaq; paſtor
C laudere fraxinea nolit præſepia crate:
N on tamen inſidias prædator ouilibus ullas
A fferet, aut laxis abiget iumenta capiſtris:
A urea ſecura cum pace renaſcitur ætas:
E t redit ad terras tandem ſquallore ſituq;
A lma Themis poſito: iuuenemq; beata ſequuntur
S ecula: maternis cauſam qui luſit iulis.
D um populos deus ipſe reget: dabit impia uinctas
P oſt tergum Bellona manus, ſpoliataq; telis
I n ſua ueſanos torquebit uiſcera morſus:
E t, modo quæ toto ciuilia diſtulit orbe,
S ecum bella geret. nullos iam Roma Philippos
D eflebit, nullos ducet captiua triumphos.
O mnia tartareo ſubigentur carcere bella;
I mmergentq; caput tenebris, lucemq; timebunt.

C andida pax aderit, nec ſolum candida uultu,
Q ualis ſæpe fuit, quæ libera marte profuſo
Q uæ domito procul hoſte; tamen graſſantibus armis
P ublica diffudit tacito diſcordia ferro.
O mne procul uitium ſimulatæ cedere pacis
I uſſit: & inſanos clementia condidit enſes.
N ulla catenati feralis pompa ſenatus
C arnificum laſſabit opus: nec carcere plena
I nfelix raros numerabit curia patres.
P lena quies aderit quæ ſtricti neſcia ferri
A ltera Saturni reuocet latialia regna,
A ltera regna Numæ. qui primus ouantia cæde
A gmina romuleis & adhuc ardentia caſtris
P acis opus docuit, iuſſitq; ſilentibus armis
I nter ſacra tubas, non inter bella ſonare.
I am nec adumbrati faciem mercatus honoris,
N ec uacuos tacitus faſces & inane tribunal
A ccipiet conſul: ſed legibus omne reductis
I us aderit, moremq; fori uultumq; priorem
R eddet: & afflictum melior deus auferet æuum.
E xultet quæcunq; nothum gens ima iacentem,
E rectumq; colit boream, quæcunq; uel ortu
V el patet occaſu, medio'ue ſub æthere feruit.
C ernitis ut puro nox iam uigeſima cœlo
F ulgeat? ut placidum radianti luce cometem
P roferat? ut liquidum nutet ſine uulnere ſydus?
N unquid utrunq; polum ſicut ſolet igne cruento
S pargit? & ardenti ſcintillat ſanguine lampas?
A t quondam non talis erat, cum Cæſare rapto
I ndixit miſeris fatalia ciuibus arma:





S cilicet ipſe deus Romanæ pondera molis
F ortibus excipiet ſic inconcuſſa lacertis,
V t neq; tranſlati ſonitu fragor intonet orbis,
N ec prius ex meritis defunctos Roma penates
C enſeat, occaſus niſi cum reſpexerit ortus.
CO. Ornite, iãdudum uelut ipſo numine plenus
M e quatit, & mixtus ſubit inter gaudia terror:
S ed bona fœcundi ueneremur numina Fauni.
OR. Carmina quæ nobis deus obtulit ipſe canenda
D icamus, teretiq; ſonum modulemur auena.
F orſitan auguſtas feret hæc Melibœus ad aures.

## AECLOGA II.

### INTERLOCVTORES

### ASTHACVS ET IDAS.

I Ntactam Crocalen puer Aſthacus et puer Idas,
Idas lanigeri dominus gregis, Aſthacus horti,
D ilexere diu. formoſus uterq;, ſed impar
V oce ſonans. terras, hi, cum grauis ureret æſtus,
A d gelidos fontes, & eaſdem forte ſub ulmos
C onueniunt: dulciq; ſimul contendere cantu,
P ignoribusq; parant. Placet, hic ut uellera ſeptem,
I lle ſui uictus ne meſſem uendiat horti.
E t magnum certamen erat ſub iudice Thyrſi.
A ffuit omne genus pecudum, genus omne ferarum,
E t quæcunq; uagis alitum ferit aera pennis.
C onuenit umbroſa quicunq; ſub ilice lentas
P aſcit oues, Faunusq; pater, Satyriq; bicornes.

Affuerunt ſicco Dryades pede, Naiades udo,
Et tenuere ſuos properantia flumina curſus.
Deſiſtunt tremulis incurrere frondibus euri:
Altaq; per totos fecere ſilentia montes.
Omnia ceſſabant: neglectaq; paſcua tauri
Calcabant: illis etiam certantibus auſa eſt
Dædala nectareos apis intermittere flores.
Iamq; ſub umbroſa medius conſederat ulmo
Thyrſis, & O pueri me iudice pignora, dixit,
Irrita ſint, moneo: ſatis hoc mercedis habeto,
Si laudem uictor, ſi fert opprobria uictus.
Et nunc, alternos magis ut diſtinguere cantus
Poſſitis: ter quiſq; manus iactate micantes.
Nec mora: diſcreuit digitus: prior incipit Idas.
ID. Me Syluanus amat: dociles mihi donat auenas,
Et mea frondenti circundat tempora teda.
Ille etiam paruo hoc dixit mihi non leue carmen:
Iam leuis obliqua creſcit tibi fiſtula canna.
AS. Et mihi Flora comas parienti gramine ſpargit:
Et matura mihi Pomona ſub arbore ludit.
Accipe, dixerunt nymphæ, puer: accipe fontem.
Nam potes irriguis mutare canalibus hortos.
ID. Me docet ipſa Pales cultum gregis: ut niger alba
Terga maritus ouis naſcenti mutet in agna:
Quæ neq; diuerſi ſpeciem ſeruare parentis
Poſſit, & ambiguo teſtetur utrunq; colore.
AS. Non minus arte mea mutabilis induit arbos
Ignotas frondes, & non gentilia poma.
Ars mea nunc malo pira temperat, & modo cogit



Inſita præcoquibus ſubrepere perſica prunis.
ID. Me teneras ſalices iuuat, aut oleaſtra putare,
Et gregibus portare, nouas ut carpere frondes
Condiſcant, primoq; recidere gramina morſu:
Ne depulſa uagos quærat fœtura parentes.
AS. Et mihi cum fuluis radicibus arida tellus
Panditur: irriguo perfunditur area fonte,
Et ſaciatur aqua, ſuccos ne forte priores
Languida mutata quærant plantaria terra.
ID. O ſi quis Crocalen Deus afferat: hunc ego terris,
Hunc ego ſyderibus ſolum regnare fatebor.
Diciam nanq; nemus: dicamq; ſub arbore numen
Hoc erit. Ite procul: ſacer eſt locus: ite prophani.
AS. Vrimur in Crocalen ſiquis mea uota deorum
Audiat: huic ſimilis, uirides qua gemmeus undas
Fons agit & tremulo percurrit lilia riuo,
Inter pampineas ponetur faginus ulmos.
ID. Ne contemne caſas, & paſtoralia tecta.
Ruſticus eſt (fateor) ſed non eſt barbarus Idas.
Sæpe uaporato mihi ceſpite palpitat agnus:
Sæpe cadit feſtis deuecta palilibus agna.
AS. Nos quoq; pomiferi laribus conſueuimus horti
Mittere primitias, & figere liba priapo
Rorantes fagos damus & liquentia mella:
Nec fore grata minus q̃ ſi caper imbuat aras.
ID. Mille ſub uberibus balantes paſcimus agnas:
Totq; tarentinæ præſtant mihi uellera matres:
Per totum niueus premitur mihi caſeus annum.
Si uenies Crocale, totus mihi ſeruiet annus.
AS. Qui numerare uelit, q̃ multa ſub arbore noſtra

P oma legam: citius tenues numerabit ariſtas.
S emper olus metimus: nec bruma, nec impedit æſtas.
S i uenies Crocale, totus tibi ſeruiet hortus.
ID. Quāuis ſiccus ager languentes excoquat herbas:
S umo tamen calatos nutanti lacte coactos.
V ellera tunc dabimus, cumprimum tempus apricum
S urget, & à tepidis fiet tonſura Calendis.
AS. Et nos quos etiam prætorrida munerat æſtas
M ille renitenti dabimus tibi cortice chias,
C aſtaneasq́; nuces totidem. cum ſole nouembri
M aturis nucibus uirides rumpentur echini
ID. Nū precor informis uideor tibi? nū grauis an nunc?
D ecipiorq́; miſer, quotiens molliſſima tango
O ra manu? primiq́; ſequor ueſtigia floris
N eſcius? & gracili digitos lanugine fallo?
AS. Fontibus in liquidis quotiens me conſpicor eſſe,
A dmiror totiens. etenim ſic flore iuuentæ
I nduimus uultus, ut in arbore ſæpe notaui
C ærea ſub tenui lucere cydonia lana.
ID. Carmina poſcit amor: nec fiſtula cedit amori:
S ed fugit ecce dies: reuocatq́; crepuſcula ueſper.
H inc tu Daphni greges, illinc agat Alpheſibœus
AS. Iam reſonant frondes: iam cantibus obſtrepit arbos.
I procul ò Dorida, primumq́; reclude canalem:
E t ſine, iandudum ſitientes irriget hortos.
V ix ea finierant: ſenior cum talia Thyrſis.
E ſte pares, & ob hoc concordes uiuite. nam uos
E t decor & cantus & amor ſociauit, & ætas.



## AECLOGA III.

### INTERLOCVTORES
### IOLAS ET LYCIDAS.

IO. n Vnquid in hac Lycida uidiſti forte iuuencam
V alle meam? ſolet illa tuis occurrere tauris.
E tiam pene duas, dum quæritur, eximit horas:
N ec tamen apparet. duris ego perdita ruſcis
I am dudum & nullis dubitaui crura rubetis
S cindere: nec quicquā poſt tantum ſanguinis egi.
LY. Non ſatis attendi (neq; enim uacat) uror Iola:
V ror, & immodice. Lycidam ingrata reliquit
P hyllis, amatq́; nouum poſt tot mea munera Mopſum.
IO. Mobilior uentis ò fœmina. ſic tua Phyllis?
Quæ ſibi (nam memini) ſiquando ſolus abeſſes,
M ella etiam ſine te iurabat amara uideri?
LY. Altius iſta querar, ſiquando uacabis Iola.
H as pete nunc ſalices, & læuas flecte ſub ulmos.
N am cum prata calent, illic requieſcere noſter
T aurus amat, gelidaq́; iacet ſpaciatus in umbra,
E t matutinas reuocat palearibus herbas.
IO. Non equidem Lycida quamuis contemptus abibo.
T ityre quas dixit ſalices pete ſolus, & illinc,
S i tamen inuenies, deprenſam uerbere multo
H uc age. Sed fractum referas haſtile memento.
N unc age dic Lycida, quæ uos tam magna tulere
I urgia? quis ueſtro deus interuenit amori?
LY. Phyllide contentus (tu ſolus teſtis Iola es)
C alyricen ſpreui, quamuis cum dote rogaret.

E n ſibi cum Mopſo calamos intexere cæræ
I ncipit: & puero comitata ſub ilice cantat.
H oc ego cum uidi (fateor) ſic intimus arſi
V t nihil ulterius tulerim. nam protinus ambas
D eduxi tunicas, & pectora nuda reſcidi.
A lcipen irata petit, dixitq́;, Relicto
I mprobe te Lycida Mopſum tua Phyllis amabit.
N unc penes Alcipen manet. ac ne forte uagetur
A h uereor. Nec tam nobis ego Phyllida reddi
E xopto, q̃ quòd Mopſo iurgetur hanelo.
IO. À te cœperunt tua iurgia. tu prior illi
V inctas tende manus. decet indulgere puellæ,
V el cum prima nocent. ſi quid mandare iuuabit,
S edulus iratæ contingam nuntius aures.
LY. Iandudũ meditor, quo Phyllida carmine placẽ.
F orſitan audito poterit miteſcere cantu.
E t ſolet illa meas ad ſydera ferre camœnas.
IO. Dic age. ñam ceraſi tua cortice uerba notabo:
E t deciſa feram rutilanti carmina libro.
LY. Has tibi Phylli preces iam pallidus, hos tibi cantus
D at Lycidas, quos nocte miſer modulatur acerba,
D um flet, & excuſſo diſpergit lumina ſomno.
N on ſic deſtructa macreſcit turdus oliua,
N on lepus, extremas legulus cum ſuſtulit uuas:
V t Lycidas domina ſine Phyllide turbidus erro.
T e ſine ue miſero mihi lilia nigra uidentur,
N ec ſapiunt fontes, & aceſcunt uina bibenti.
A t ſi tu uenias, iam candida lilia fient,
E t ſapient fontes, & dulcia uina bibentur.
I lle ego ſum Lycidas, quo tu cantante ſolebas



D icere felicem: cui dulcia ſæpe dediſti
O ſcula: nec medios dubitaſti rumpere cantus:
A tq; inter calamos errantia labra petiſti,
A h dolor: & poſt hoc placuit tibi torrida Mopſi
V ox, & carmen inops, & acerbæ ſtridor auenæ.
Q uem ſequeris? quem Phylli fugis? formoſior illo
D icor: & hoc ipſum mihi tu narrare ſolebas.
S um quoq; diuitior. certauerit ille tot hædos
P aſcere, quot noſtri numerantur ueſpere tauri?
Q uid tibi, (quæ noſti) referam? ſcis optima Phylli,
Q uam numeroſa meis ſiccetur bucula mulctris,
E t q̃ multa ſuos ſuſpendat ad ubera natos.
S ed mihi nec gracili ſine te fiſcella ſalicto
T exitur: & nulla tremuere coagula lactis.
Q uòd ſi dura times etiamnunc uerbera Phylli,
T radimus ecce manus. licet illæ uimine torto
S aliceт & lenta poſt tergum uite domentur,
V t mala nocturni religauit brachia Mopſi
T ityrus: & medio furem ſuſpendit ouili.
A ccipe, ne dubita. meruit manus utraq; pœnas.
H is tamen his inq̃ manibus tibi ſæpe palumbes,
S æpe etiam leporem decepta matre pauentem
M iſimus in gremio per me tibi lilia prima
C ontigerant, primæq; roſæ. uixdum bene florem
D eguſtabat apis, tu cingebare coronis.
A urea ſed forſan mendax tibi munera iactat,
Q ui metere occidua ferales nocte lupinos
D icitur, & cocto pinſare legumine panem.
Q ui ſibi tum felix, tum fortunatus habetur,
V ilia cum ſubigit manualibus ordea ſaxis.

Quòd ſi turpis amor precibus (quod abominor) iſtis
O bſtiterit, laqueum miſeri nectimus ab illa
I lice, quæ primum noſtros uiolauit amores.
H i tamen ante mala figentur in arbore uerſus.
Credere paſtores leuibus nolite puellis.
P hyllida Mopſus amat. Lycidas habet ultima rerũ:
N unc age, ſi quicq̃ miſeris ſuccurris, Iola
P erfer, & exora modulato Phyllida cantu.
I pſe procul ſtabo uel acuta carice tectus,
V el propius latitans uicina ſepe ſub ara.
I bimus: & ueniet, niſi me præſagia fallunt.
N am bonus à dextro fecit mihi Tityrus omen:
Qui redit inuenta non irritus ecce iuuenca.

## AECLOGA IIII.

### INTERLOCVTORES

### MELIBOEVS, CORIDON, ET AMYNTAS.

ME. q Vid tacitus Corydon, uultuq; ſubinde minaci,
Quid'ue ſub hac platano, q̃ garulus aſtrepit
I nfeſta ſtatiõe ſedes? iuuat humida forſan (hũor,
R ipa? leuatq; diem uicini ſpiritus amnis?
CO. Carmina iandudum non quæ nemorale reſultẽt
V oluimus ò Melibœe, ſed hæc, quibus aurea poſſint
S ecula cantari, quibus & deus ipſe canatur,
Qui populos urbemq; regit pacemq; togatam.
ME. Dulce quidem reſonas: nec te diuerſus Apollo
Deſpicit ò iuuenis: ſed magnæ munera Romæ
N on ita cantari debent, ut ouile Menalcæ.



CO. Quicquid ineſt, ſylueſtre licet uideatur acutis
A uribus, & noſtro tantum memorabile pago:
Dum mea ruſticitas ſi non ualet arte polita
C arminis: at certe ualeat pietate probari.
R upe ſub hac eadem quã proxima pinus obumbrat
H æc eadem nobis frater meditatus Amyntas.
Quem uicina meis natalibus admouet ætas.
ME. Iam puerum calamos & odoræ uincula ceræ
I ungere nunc cohibes, leuibus quem ſæpe cicutis
L udere conantem uetuiſti fronte paterna?
D icentem Corydon te non ſemel iſta notaui:
F range puer calamos, & inanes deſere muſas,
E t potius glandes rubicundaq; collige corna.
D uc ad mulctra greges, & lac uenale per urbem
N on tacitus porta: quid enim tibi fiſtula reddet,
Quo tutere famem? certe mea carmina nemo
P ræter ab his ſcopulis uentoſa remurmurat echo.
CO. Hæc ego, confiteor, dixi Melibœe: ſed olim
N on eadem nobis ſunt tempora, non deus idem:
S pes magis arridet. certe, ne fraga rubosq;
C olligerem, uiridiq; famem ſolarer hibiſco,
T u facis: & tua nos alit indulgentia farre.
T u noſtras miſeratus opes, docilemq; iuuentam,
H iberna prohibes ieiunia ſoluere fago.
E cce nihil querulum per te Melibœe ſonamus:
P er te ſecura ſaturi recubamus in umbra,
E t fruimur ſyluis Amaryllidis, ultima nuper
L ittora terrarum, niſi tu Melibœe fuiſſes,
V ltima uiſuri, trucibusq; obnoxia Mauris
P aſcua Geryonis: liquidis ubi curſibus ingens

Dicitur occiduas impellere Betys harenas.
Scilicet extremo nunc uilis in orbe iacerem,
Ah dolor: & pecudes inter conductus hiberas,
Irrita ſeptena modularer ſibila canna:
Nec quiſq̃ noſtras inter dumeta camœnas
Reſpiceret: non ipſe daret mihi forſitan aurem
Ipſe deus uacuam, longeq́; ſonantia uota
Scilicet extremo non exaudiret in orbe.
Sed niſi forte tuas melior ſonus aduocet aures,
Et noſtris aliena magis tibi carmina rident:
Vis aliena tua ſubigat uir pagina lima?
Nam tibi non ſolum uenturos noſcere nimbos,
Agricolis qualemq́; ferat ſol aureus ortum,
Attribuere dei: ſed dulcia carmina ſæpe
Concinis. et modo te baccheis muſa corymbis
Munerat, & lauro modo pulcher obumbrat Apollo.
Quod ſi tu faueas trepido mihi, forſitan illos
Experiar calamos, here quos mihi doctus Iolas
Donauit: dixitq́;, Truces hæc fiſtula tauros
Conciliat, noſtroq́; ſonat dulciſſima Fauno.
Tityrus hanc habuit, cecinit qui primus in iſtis
Montibus hyblea modulabile carmen auena.
ME. Magna petis Corydon, ſi Tityrus eſſe laboras.
Ille fuit uates ſacer, & qui poſſet auena
Perſonuiſſe chelim. blande cui ſæpe canenti
Alluſere feræ: cui ſubſtitit aduena quercus:
Quem modo cantantem rutilo ſpargebat acantho
Nais, & implicitos comebat pectine crines
CO. Eſt (fateor) Melibœe deus: ſed ſi mihi Phœbus
Forſitan abnuerit: tu tantum commodus audi.



Scimus enim quia te non aſpernetur Apollo.
Incipe. nam faueo. Sed proſpice ne tibi forte
Tinnula tam fragili reſpiret fiſtula buxo.
ME. Quæ reſonare ſolet ſi quando laudat Alexis
Hoc potius calamos magis hoc ſectare canales
Per me qui dignas cecinerunt conſule ſyluas.
Incipe: nec dubita. Venit en & frater Amyntas.
Cantibus iſte tuis alterno ſuccinit ore.
Dicite: nec mora ſit: uicibusq́; reducite carmen:
Tuq́; prior Corydon, tu proximus ibis Amyntas.
CO. Ab Ioue principium, ſiquis canit æthera, ſumat,
Siquis Athlantiaci molitur pondus olympi.
At qui nunc noſtras præſenti numine terras,
Perpetuamq́; regit iuuenili robore pacem,
Lætus & auguſto felix arrideat ore.
AM. Te quoq; facundo comitatus Apolline Cæſar
Reſpiciat, montes neu dedignetur adire,
Quos & Phœbus amat, quos Iuppiter ipſe tuetur:
In quibus auguſtos uiſuris ſæpe triumphos
Laurus fructificat, uicinaq; naſcitur arbos.
CO. Ipſe polos etiam quo temperat igne geluq́;
Iuppiter ipſe parens quo tu iam proximus ipſe
Cæſar abis: poſito pauliſper fulmine ſæpe
Creſſia rura petit: uiridiq́; reclinus in antro,
Carmina dictæis audit coretica ſyluis.
AM. Aſpicis, ut uirides audito Cæſare ſyluæ
Conticeant? memini quamuis urgente procella
Sic nemus immotis ſubito requieſcere ramis.
Et dixi: Deus hinc certe Deus expulit euros:
Nec mora, pharſaliæ ſonuerunt ſibila cannæ.

CO. Aſpicis,ut teneros ſubitus uigor excitet agnos?
V tq́; ſuper fuſo magis ubera lacte grauentur?
E t nuper tonſis exudent uellera fœtis?
H oc ego iam(memini)ſemel hac in ualle notaui:
E t ueniſſe Palem,pecoris dixiſſe magiſtros.
AM. Scilicet omnis eum tellus,gens omnis adorat:
D iligiturq́; deis,quem ſic taciturna uerentur
A rbuta,cuius iners audito nomine tellus
I ncaluit,floremq́; dedit:cui ſylua uocato
D enſat odore comas:ſtupefacta regerminat arbos.
CO. Illius ut primum ſenſerunt numina terræ:
C œpit & uberior,ſucis fallentibus olim,
L uxuriare ſeges,tandemq́; legumina plenis
V ix reſonant ſiliquis: nec præfocata malignum
M eſſis habet lolium,nec inertibus albet auenis.
AM. Iam neq; damnatos metuit iactare ligones
F oſſor,& inuento,ſi ſors dedit,utitur auro.
N ec timet,ut nuper,dum iugera uerſet arator,
N e ſonet offenſo contraria uomere maſſa:
I amq́; palam preſſo magis ac magis inſtat aratro.
I lle dat,ut primas cereri dare cultor ariſtas
P oſſit,& intacto bromium perfundere uino:
V t nudus ruptas ſaliat calcator in uuas:
V t quoq; turba bono plaudat ſagnata magiſtro,
Qui facit egregios ad peruia compita ludos.
I lle meis pacem dat montibus.ecce per illum
S eu cantare iuuat,ſeu ter pede læta ferire
C armina:nonnullas licet & cantare choreas.
E t cantus uiridante licet mihi condere libro.
T urbida nec calamos excurdant claſſica noſtros.



N umine Cæſareo ſecurior ipſe lyæo.
CO. Pan recolit ſyluas:& amena Faunus in umbra
S ecurus recubat:placidoq́; in fonte lauatur
N ais:& humanum non calcatura cruorem
P er iuga ſiccato uelox pede currit Oreas.
AM. Dij,precor, hũc iuuenem,quẽ uos(niſi fallor)ab ipſo
A ethere miſiſtis,poſt longa reducite uitæ
T empora,uel potius mortale reſoluite penſum:
E t date perpetuo cœleſtia fila metallo.
S it deus,& nolit penſare palatia cœlo.
CO. Tu quoq;,mutata ſeu Iuppiter ipſe figura
C æſar ades,ſeu quis ſuperũm ſub imagine falſa
*Mortaliq́; lates:& enim hunc deprecor orbem,
H os precor æternos populos rege: ſit tibi cœli
V ilis amor:cœptamq́; pater ne deſere terram.
ME. Ruſtica credebam nemorales carmina uobis
C onceſſiſſe deos,& obeſis auribus apta.
V erum quæ imparibus modo concinuiſtis auenis,
T am liquidum tam dulce canunt,ut non ego malim,
Quod peligna ſolent examina,lambere nectar.
CO. O mihi quàm tenero decurrunt carmina uerſu.
T um Melibœe ſonent:ſi quando in montibus iſtis
D icar habere larem:ſiquando noſtra uidere
P aſcua contigerit.uellit nam ſæpius aurem
I nuida paupertas, et dixit uilia rura.
A t tu,ſiqua modo non aſpernanda putabis,
F er Melibœe deo mea carmina.nam tibi fas eſt
S acra palatini penetralia uiſere Phœbi.
T um mihi talis eris,qualis qui dulce ſonantem
T ityron è ſyluis dominam deduxit in urbem,

O ſtenditq́; deos. & ſpreto dixit ouili
T ityre rura prius. Sed poſt cantabimus arma:
R eſpiciat noſtros utinam fortuna labores.
AM. Pulchrior & meritæ faueat deus ipſe iuuentæ.
N os tamen interea tenerum mactabimus hœdum,
E t pariter ſubitæ peragemus fercula cœnæ.
ME. Nunc ad flumen oues deducite. iam fremit æſtus:
I am ſol contractas pedibus magis admouet umbras.

## AECLOGA V.

### MYCON PATER, ET CANTHVS FILIVS. DIDASCALICA.

F Orte Mycon ſenior, Cãthusq́; Myconis alũnus
Torrentem patula uitabant arbore ſolem.
T um iuueni ſenior præcepta daturus alumno,
T alia uerba refert tremulis titubantia labris.
MY. Quas errare uides inter dumeta capellas,
C anaq; laſciuo concidere gramina morſu
C anthe puer, quos ecce greges à monte remotos
C ernis in aprico decerpere gramina campo:
H os tibi do ſenior iuueni pater: ipſe tuendos
A cipe: iam certe potes inſudare labori:
I am pro me gnauam potes exercere iuuentam.
A ſpicis ut nobis iampridem mille querelas
A fferat, & baculum premat inclinata ſenectus?
S ed qua lege regas & amantes luſtra capellas,
E t melius pratis errantes mollibus agnas,
P ercipe. Vere nouo, cum iam tinnire uolucres
I ncipient, nidosq́; reuerſa lutabit hirundo:



Protinus hiberno pecus omne mouebis ouili.
T unc etenim toto uernanti gramine ſylua
P ullat, & æſtiuas reparabilis inchoat umbras.
T um florent ſyluæ: uiridisq́; renaſcitur annus.
T um uenus, & calidi ſcintillat feruor amoris:
L aſciuumq́; pecus ſalientes accipit hircos.
S ed non ante greges in paſcua mittito clauſos,
Quàm fuerit placata Pales. Tu ceſpite uiuo
P one focum: geniumq́; loci Faunumq́; Laremq́;
S alſo farre uoca. tepidos tunc hoſtia cultros
I mbuat: atq; etiam, dum uiuit, ouilia luſtra.
N ec mora: tunc campos ouibus, dumeta capellis
O rto ſole dabis, ſimul hunc accedere montem
C œperit et primæ ſpatium tepefecerit horæ:
A t ſi forte uaces dum matutina relaxat
F rigora ſol, tumidis ſpument tibi mulctra papillis.
I mplebis quod meſſe fluat. Rurſusq́; prementur
M ane quod occiduæ mulſura redegerit horæ
P arce tamen fœtis: neu ſint compendia tanti,
D eſtruat ut niueos uenalis caſeus agnos.
N am tibi præcipuo fœtura colatur amore.
T e quoq; non pudeat, cum ferus ouilia uiſes,
S i qua iacebit ouis partu reſoluta recenti,
H anc humeris portare tuis, natoq́; parenti
F erre ſinu tremulos & nondum ſtare paratos.
N ec tu longinquas procul à præſepibus herbas,
N ec nimis admotæ ſectabere pabula ſyluæ,
D um peragit uernum Iouis inconſtantia tempus.
(Veris enim dubitanda fides) modo fronte ſerena
B landius arriſit: modo cum caligine nimbos

Intulit,& miſeras torrentibus abſtulit agnas.
At cum longa dies ſitientes afferet æſtus,
Nec fuerit uariante deo mutabile cœlum:
Iam ſyluis cōmitte greges: iam longius herbas
Quære: ſed ante diem pecus exeat. humida dulces
Efficit aura cibos, quotiens fugientibus euris
Frigida nocturno tinguntur paſcua rore,
Et matutinæ lucent in gramine guttæ.
Vt ſimul argutæ nemus increpuere cicadæ:
Ad fontem cōpelle greges: nec protinus herbas,
Vel campos permitte ſequi. ſine, protegat illos
Interea ueteres quæ porrigit eſculus umbras.
Verum ubi decliui iam nona tepeſcere ſole
Incipiet, ſeræq; uidebitur hora merendæ:
Rurſus paſce greges,& opacos deſere lucos.
Nec prius æſtiuo pecus includatur ouili,
Quàm leuibus nidis ſomnos captare uolucris
Cogitet,& tremuli tremebunda coagula lactis.
Succida iam tereti conſtringere uellera iunco
Cum iam tempus erit, maternas demere lanas,
Hircorūq; iubas & olentes cædere barbas,
Ante tamen ſecerne pecus: gregibuſq; notatis,
Conſimiles include comas: ne longa minutis,
Mollia ne duris coeant, ne candida fuſcis.
Sed tibi cum uacuas poſito uelamine coſtas
Denudabit ouis, circunſpice: ne ſit acuta
Forfice læſa cutis: tacitum ne puſtula uirus
Texerit occulto ſub uulnere. quæ niſi ferro
Rumpitur, in miſerum fragili rubigine corpus
Corrodet ſanies,& putrida contrahet oſſa.

Prouidus



Prouidus (hoc moneo) uiuentia ſulfura tecum,
Et ſcyllæ caput, atq; intacta bitumina porta,
Vlceribus laturus opem. nec brutia deſit
Dura tibi liquido picis ungere terga memento.
Si ſint raſa, linas. uiui quoq; pondera melle
Argenti coquito, lentumq; bitumen aheno,
Impreſſurus oui tua nomina. nam tibi lites
Afferet ingentes lectus poſſeſſor in aruo.
Tunc etiam, dum ſiccus ager, dum feruida tellus,
Dum rimoſa palus & multo torrida limo
Aeſtuat,& fragiles nimius ſol puluerat herbas:
Lurida conueniet ſuccendere galbana ſeptis,
Et tua ceruino luſtrare mapalia fumo.
Obfuit iſte malis odor anguibus. ipſe uidebis
Serpentum cecidiſſe minas. non ſtringere dentes
Vlla poteſt uncos: ſed inani debilis ore
Marcet,& obtuſo iacet exarmata ueneno.
Tunc age uicinæ circunſpice tempora brumæ
Qua ratione geras. aperit cum uinea ſepes,
Et portat lectas ſecurus uinitor uuas:
Incipe falce nemus, uiuaſq; recidere frondes.
Tunc opus eſt teneras ſummatim ſtringere uirgas.
Tum debes ſeruare comas, dum permanet humor,
Dum uiret & tremulas non excutit africus umbras.
Aſt ubi conueniet tepidis fœnilibus olim
Promere, cum pecudes extremus clauſerit annus:
Sic tibi nitendum eſt. labor hoc in tempore noſter
Gnauaq; ſedulitas uenit & paſtoria uirtus.
Nec pigeat ramos ſiccos miſcere recentes,
Et ſuccos adhibere nouos. Neu torrida nimbis

I nſtet hyems,nimioq́; gelu,niuibusq́; coactis:
I ncuruare uelis nemus,& conſtringere frondes.
T u tamen aut leues hederas,aut molle ſalictum
V alle premes gelida.Sitis eſt penſanda tuorum
C anthe gregum uiridante cibo.nihil aridus illis
I ngenti poſitus quamuis ſtrue proſit aceruus:
V irgea ſi deſint liquido turgentia ſucco:
E t quibus eſt aliquid plenæ uitale medullæ.
P ræcipue gelidum ſtipulis & fronde caduca
S terne ſolum,ne forte rigor penetrabile corpus
V rat,& interno uaſtet pecuaria morbo.
P lura quidem monuiſſe uelim.nam plura ſuperſunt.
S ed iam ſero dies cadit: & iam Sole fugato,
F rigidus æſtiuas impellit noctifer horas.

## ECLOGA VI.

### ASTILVS LYCIDAS ET MNASYLLVS.

AS. S Erus ades Lycida.mó Nictilus et puer Alcon
Certauere ſub his alterno carmine ramis
I udice me:ſed non ſine pignore.Nyctilus hœdos
I uncta matre dedit:catulum dedit ille:Leænæ
I urauitq́; genus.ſed ſuſtulit omnia uictor.
LY. Nyctilon ut cantu rudis exuperauerit Alcon,
A ſtile credibile eſt ut uincat Acantida cornix.
V ocalem ſuperet ſi dirus Aëdona bubo.
AS. Te patiar Crotale,qua nunc ego maceror una,
S i magis aut docili calamorum Nyctilus arte,
A ut cantu magis eſt,q̃ uultu,proximus illi.
LY. Iam nunc decipior te iudice.pallidus alter
V enit,& hirſuta ſpinoſior hiſtrice barba.
C andidus alter erat, leniq́; decentior ouo,



E t ridens oculis,crinemq́; ſimillimus auro:
Q ui dici poſſet,ſi non cantaret,Apollo.
AS. O` Lycida,ſi quis tibi carminis uſus adeſſet,
Tu quoq; laudatum poſſes Alcona` probare.
LY. V is igitur,quoniam nec nobis improbe par es,
I pſe tuos iudex calamos committere noſtris?
V is conferre manum,ueniat licet arbiter Alcon?
V incere tu quenq̃:uel te.certamine quiſq̃
D ignetur?qui uix ſtillantes arida uoces
R umpis,& expellis male ſingultantia uerba?
Ly. Fingas plura licet.nec enim potes improbe uerba
E xprobrare mihi,ſicut tibi multa Lycotas.
S ed quid opus uana conſumere tempora lite?
E cce uenit Mnaſyllus.erit(niſi forte recuſes)
Arbiter.Inſta nunc non credulus improbe uerbis.
AS. Malueram,fateor,uel prædam nactus abire,
Q uàm tibi certanti partem committere uocis.
N ec tamen hoc impune feres.En aſpicis illum,
C andida qui medius cubat inter lilia ceruum.
Q uãuis hunc Petale mea diligat, accipe uictor.
S cit frenos,ſcit ferre iugum,ſequiturq́; uocantem
C redulus:& menſæ non improba porrigit ora.
A ſpicis ut fruticet late caput?utq́; ſub ipſis
C ornibus,& tereti lucent redimicula collo?
A ſpicis,ut niueo frons irretita capiſtro
L ucet?& a` dorſo quæ totam circuit aluum
A lternat uitreas lateralis cingula bullas?
C ornua ſubtiles ramoſáq; tempora molles
I mplicuere roſæ.rutiloq́; monilia torque
E xtrema ceruice notant:ubi pendulus apri

D ens ſedet,& niuea diſtinguit pectora luna.
H unc ego,qualemcunq; uides,in ualle paciſcor
P endere:dum ſciat hic ſe non ſine pignore uinci.
LY. Terreri Mnaſylle ſuo me munere credit.
A ſpice,q̃ timeam.genus eſt(ut ſcitis)equarum
N on iugale mihi:quarum de ſanguine ponam
V elocem Petaſon,qui gramina matre relicta
N unc primum teneris libauit dentibus.Illi
P es leuis,adductum latus,excelſiſſima ceruix:
T erga ſedent:micat acre caput:ſine pondere ceruix:
E t tornata breui ſubſtringitur ungula cornu,
V ngula qua uiridi ſic exultauit in aruo,
T angeret ut fragiles,ſed non curuaret ariſtas.
H unc dare,ſi uincar,ſylueſtria numina iuro.
MN. Et uacat:& ueſtros cantus audire iuuabit.
I udice mè ſanè contendite,ſi libet.Iſtic
P rotinus ecce torum fecere ſub ilice muſæ.
S ed ne uicini nobis ſonus obſtrepat amnis,
G ramina linquamus,ripamq; uolubilis undæ.
N anq; ſub exeſo raucum mihi pumice lymphæ
R eſpondent:& obeſt arguti glarea riui.
AS. Si placet,antra magis uicinaq; ſaxa petamus;
S axa,quibus uiridis ſtillanti uellere muſcus
D ependet,ſcopuliſq; cauum ſinuantibus arcum
I mminet exeſa ueluti teſtudine concha.
MN. Venimus,& tacito ſonitum tutabimur antro.
S eu reſidere libet,dabit ecce ſedilia tophus.
P onere ſeu cubitum,melior uiret herba lapillis.
N unc mihi ſepoſitæ reddantur carmina lite.
N am uicibus teneros malim cantetis amores,



A ſtile tu Petalen,Lycida tu Phyllida lauda.
LY. Tu modo(nos ipſi iam nunc Mnaſylle precamur)
A uribus excipias, quibus hunc & Acantida nuper
D iceris in ſylua iudex audiſſe Thalea.
AS. Non equidem poſſum,cum prouocet iſte,tacere.
R umpor.n.merito.nihil hic niſi iurgia quærit.
A udiat,aut dicat,quoniam cupit.hoc mihi certe
D ulce ſatis fuerit,Lycidam expectare trementem:
D um te ſtante palàm ſua carmina pallidus audit.
LY. Me puto uicinus Stymicon,me proximus Aegon
H os inter frutices tacite riſere uolentem
O ſcula cum tenero ſimulare uirilia Mopſo.
AS. Fortior ò utinam nondum Mnaſyllus adeſſet.
E fficerem,nè te quiſq̃ tibi turpior eſſet.
MN. Quid furitis?quæ uos inſania tendere iuſſit,
S i uicibus certare placet?ſed non ego uobis
A rbiter.hoc alius poſſit diſcernere iudex.
E t uenit ecce Micon.uenit & uicinus Iolas.
L itibus hi ueſtris poterunt imponere finem.

## AECLOGA VII.

### INTERLOCVTORES

### LYCOTAS ET CORYDON.

LY. L Entus ab urbe uenis Corydon. uigeſima certe
Nox fuit, ut noſtræ cupiunt te cernere ſyluæ,
E t tua mœrentes expectant iubila tauri.
CO: O` piger,ò duro iam durior axe Lycota,

Qui ueteres fagos, noua q̃ ſpectacula, mauis
Cernere, quæ patula iuuenis deus edit harena.
Mirabar, quæ cauſa foret tibi tanta morandi:
LY. Cur tua ceſſaret taciturnis fiſtula ſyluis:
Et ſolus Stimicon caneret pallente corymbo.
Quem ſine te mœſti tenero donauimus hœdo.
Nam dum lentus abes, luſtrauit ouilia Thyrſis,
Iuſſit & arguta iuuenes certare cicuta.
CO. Scilicet inuictus Stymicon & præmia diues
Auferat; accepto non ſolum gaudeat hœdo;
Verum tota ferat quæ luſtrat ouilia Thyrſis:
Non tamen æquabit mea gaudia: nec mihi ſiquis
Omnia lucanæ donet pecuaria ſyluæ,
Grata magis fuerint, q̃ quæ ſpectamus in urbe.
LY. Dic age, dic Corydon: nec noſtras inuidus aures
Deſpice. Non aliter certe mihi dulce loquere,
Quàm certare ſolent, quotiens ad ſacra uocantur,
Aut fœcunda Pales, aut paſtoralis Apollo.
CO. Vidimus in cœlum trabibus ſpectacula textis
Surgere tarpeium prope deſpectantia culmen:
Immenſosq; gradus: & diuos lene iacentes.
Venimus ad ſedes, ubi pulla ſordida ueſta
Inter fœmineas ſpectabat turba cathedras.
Nam quæcunq; patent ſub aperto libera cœlo,
Aut eques aut niuei loca denſauere Tribuni.
Qualiter hæc patulum contendit uallis in orbem:
Et ſinuata latus reſupinis undiq; ſyluis;
Inter continuas curuatur concaua montes:
Sic tibi planitiem curuæ ſinus ambit harenæ,



Et geminis medium ſe mollibus alligat ouum.
Quid tibi nunc referam, quæ uix ſufficimus ipſi
Per partes ſpectare ſuas? ſic undiq; fulgor
Percuſſit. ſtabam defixus, & ore patenti:
Cunctaq; mirabar. nec dum bona ſingula noram.
Tum mihi, Nunc, ſenior lateri qui forte ſiniſtro
Iunctus erat, quid te ſtupefactum ruſtice, dixit,
Ad tantas miraris opes? qui neſcius auri
Sordida tecta caſas & ſola mapalia noſti.
En ego tam tremulus, tam uertice canus, & iſta
Factus in urbe ſenex, ſtupeo tamen. omnia certe
Vilia ſunt nobis quæcunq; prioribus annis
Vidimus: & ſordet quicquid ſpectauimus olim.
Balteus en gemmis, en illita porticus auro
Certatim radiant. nec non, ubi finis harenæ
Proxima marmoreo peragit ſpectacula muro,
Sternitur adiunctis ebur admirabile truncis,
Et coit in rutilum, tereti qua lubricus axem
Impoſitos ſubita uertigine falleret ungues
Excuteretq; feras. auro quoq; torta refulgent
Retia: quæ totis in harenam dentibus extant,
Dentibus æquatis: & erat (mihi crede Lycota,
Si qua fides) noſtro dens longior omnis aratro.
Ordine quid referam? uidi genus omne ferarum
Hic, niueos lepores, & non ſine cornibus apros.
Manticoram ſyluis etiam quibus editur Alcem
Vidimus, & tauros quibus aut ceruice leuata
Deformis ſcapulis torus eminet: aut quibus hirtæ
Iactantur per colla iubæ: quibus aſpera mento

B arba iacet, tremuliſq; rigent palearia ſetis.
N ec ſolum nobis ſylueſtria cernere monſtra
C ontigit. æquoreos ego cum certantibus urſis
S pectaui uitulos, & equorum nomine dignum
S ed deforme pecus, q in illo naſcitur amni,
Q ui ſata riparum uenientibus irrigat undis.
A h trepidi quotiens nos deſcendentis harenæ
V idimus in partes: ruptaq; uoragine terræ
E merſiſſe feras: & eiſdem ſæpe latebris
A urea cum croceo creuerunt arbuta libro.
LY. Ò felix Corydon, quem non tremebunda ſenectus
I mpedit. ò felix, quòd in hæc tibi ſecula primos
I ndulgente deo dimittere contigit annos.
N unc tibi ſi propius uenerandum cernere numen
S ors dedit, & referens uultumq; habitumq; notaſti:
D ic age dic Corydon quæ ſit modo forma deorum.
CO. Ò utinam nobis non ruſtica ueſtis ineſſet:
V idiſſem propius mea numina. ſed mihi ſordes,
P ullaq; paupertas, & adunco fibula morſu
O bfuerant. utcunq; tamen conſpeximus ipſum
L ongius. At niſi me decepit uiſus: in uno
E t Martis uultus, et Apollinis eſſe putaui.



## ADRIANI CARDINALIS S. CHRYSOGONI AD ASCANIVM CARDINALEM S. VITI. VICECANCELLARIVM VENATIO.

Ia ſurgite: nunquid excitauit
e Dudum rauciſono Diana cornu?
Actutum properate, iam parata eſt,
E t ſecum Aſcanius ſuus paratur.
V enatoribus hac die eſt eundum,
Q ua Salaria proſpicit lacunas
C laras ſulfure Tyburis ſuperbi.
His dictis iuuenum ruunt manipli
D e conclauibus omnibus frequentes.
H ic uenabula, cuſpides ahenas,
A eratas, ualidaſq; fert bipennes:
I lle haſtilia, ferreas ſecures,
C ruda ſpicula Martis uniuerſi.
D educunt alij canum phalanges.
L atrantes abeunt ſimul Moloſſi
M ox indaginis unicæ ſagaces.
T ollunt retia rara Muliones.
Procedit Dea proſequente magna
C aterua, chlamydem recincta pictam
V entilantibus aureis capillis:
S uras purpurei tegunt cothurni:
A urata ex humero ſonat pharetra.
Iungit Aſcanius ſuas cohortes
S olertiſſimus unus inter omnes.
S ublimes libycis equis uehuntur.

Aurora interea thorum relinquens
Q uadrigis roſeis diem uehebat.
V entum eſt ad iuga, deuioſq́; ſaltus,
C onuallis quibus obſidetur ingens.
P ræter labitur hanc, ſecatq́; riuus
R auco murmure, leuibus ſalebris,
L imo ſordidus, hinc & inde ripas
M ulta tectus harundine & paluſtri
I unco, nec procul albicat ſalictum
D extra, qua uidet Herculis popellum.
C liui ſylua latus tenet ſiniſtri.
F loret perpetuo, uiretq́; iuxta
V aſta planicies feracis agri.
Vt ſignum Aſcanius dedit, repente
S ortiti iuuenes uices laborum,
S eruat quiſq; ſui locum negoci.
H i uallant aditus, nemusq́; cingunt,
H i per inuia luſtra muſſitantes
V eſtigare feras docent catellos.
E xtendunt alij plagas doloſas.
D iſponunt alij feros moloſſos.
H ic ſub ilice, & ille ſub uetuſta
Q uercu ſternitur. hunc tegit ſupinum
G rauis iuniperi uirentis umbra,
D enſa ſub platano & comis opaca,
Q uæ de colle leui tumore ſurgit.
D iua & Aſcanius ſimul recumbunt.
O mnes ſolliciti uidere, quænam
E x tanto ueniat labore præda.
Ecce protinus horridus, feroxq́;



A per ſpumeus ore, dente frendens,
V oluens trux oculos, modo huc, modo illuc,
D orſo horrentibus, hiſpidiſq́; ſetis,
C alloſa cute caute duriore,
E xcitus canibus per antra fertur
P ræceps, uulnificis utrinq; roſtris,
S tipatus grege mordicus petentum
A ures & latus omne lancinantum.
A ccurrit Dea, nec globus ſinebat
Q uicquam præter Apri uidere rictum.
D eprompſit pharetra illico ſagittam,
L unauitq́; genu potenter arcum,
E t iacit. Volat illa qua uideri
R ictus uix poterat, ſecansq́; hiatus
P er præcordia labitur. Quis unquam
V ati crederet, ultimos receſſus
C audæ tranſabijt, ſolumq́; fixit.
P rocumbit quadrupes humi uolutus,
T endens ilia, calcibusq́; fruſtra
A lternis uacuas laceſſit auras.
F lumen ſanguinis undat ex barathro
V aſti gutturis, hiſpidaq́; cauda.
D um ſpectant ſtupidi, feræq; magnos
A rtus, & grandia & aſpera extimeſcunt
O ſſa, & ingluuiem capacis alui:
V mbroſi nemoris fugatus antro
C eruus, caſſibus expeditus ingens
C elſis cornibus arduus ruebat
S eptus puluerea canum corona
S altu tranſilit unico paludem,

R ipaq́; ulteriore adhuc ueretur.
V ertens arboream ſubinde frontem,
D um certant properi canes natare,
S ummis naribus & reflant hiantes,
V olans Aſcanius leui ueredo
P recatus Triuiæ perenne numen,
I nuadit iaculo, diuq́; librans
I ecit eminus. hæſit impeditum
F errum cornibus, ac ſolo reflexa
N equicquam ante oculos pependit haſta?
F remens Aſcanius rapit, rotatq́;
E nſem fulmineum, abſciditq́; ab armis
C um ceruice caput. micat per herbam
H ic corpus, caput hic, rubet cruore
I nterfuſa palus. ruunt repente
V enantes querula procacitate,
S tratiq́; obſtupuere mole cerui.
R idens Delia quid ſtupetis inquit?
N oſter Aſcanius minora neſcit.
Clamor interea tumultuantum
C ircum retia uertit ora turbæ.
C aptam terribilem Hiſtricem fremebant,
Q uæ roſtrum, atq; pedes plagis ligata
S pinis miſſilibus canes, uiroſq;
A rcebat procul, & fugabat omnes.
V enator ſibi quiſq; conſulebat.
M ulti ſub clypeo arborum latebant:
M ultos obice texerat crepido.
P oſt carecta canes inane latrant:
D enſant ſpicula mutua, & uiciſſim



B ellantum furit incruentus ardor.
N am ſpinæ nequeunt ferire tectos,
E t tecti nequeunt feram ferire.
T anta duriciæ cutis rigebat
C rebris miſſilibus petita, nullis
I nterpuncta notis. Erat Sicamber
F orte in tam celebri ſodalitate
A udax prælia tanta qui cieret,
L ibs cognomine, machinæ repertor
M irandæ, horrificæ, minacis, atræ,
Q ualem nec Steropes, nec ipſe fertur
P ater Lemnius inferis cauernis
I nformaſſe Ioui, nec ulla in orbe
P er tot ſecula cogitauit ætas.
N am truncum teretem, æneum, cauumq́;
N itro, ſulfure, puluere & ſaligni
C arbonis replet uſq; ad umbilicum.
I ncluditq́; pilam ex liquente plumbo,
S uperne, tenue oppido foramen
S pirat. hinc iacit igneam fauillam.
H iſtrix continuo forata fumat.
N on ſic fulminis impetus triſulci,
N ec falarica ſic rotata fertur,
S ed nec ſic ſcythico ſagitta neruo,
N ec fundis Balearibus lapillus.
Mox tanto intonuit fragore cœlum,
E t tanto ingemuit tremore tellus,
V t quicquid caueis latebat uſquam
F erarum, omne genus, feri leones,
A uriti lepores, lupi uoraces,

E t damæ timidi,uolatilesq́;
C erui,& capreoli leues,fugacesq́;,
A pri ſetigeri,dolisq́; uulpes
I nſignes,ruerent metu per agros
V aſta ut planicie nihil uideres
V ſquam præterea.latent ſub illis
A rbuſta omnia,& omnis herba prorſus.
C anes interea modo has,modo illas
P aſſim cædere,nec locus cadenti eſt.
D enſo in agmine ſtant,feruntq́; morſus
I mmotæ.ſuperambulant moloſſi
S trage incredibili uſq; ſæuientes.
Sæuitum nimis eſt Diana clamat,
Quo tandem ruitis?redite in orbem
P alantes.neq; enim expedit ferarum
O mne funditus interire nomen.
S at noſtro Aſcanio datum,nec ultra
M odeſtiſſimus omnium rogaret.
Cornu perſonat aureo reducens
T riumphalia caſtra,mox recenſent
P lenum ſanguinis agmen interemptum.
N ec tot millia computare poſſunt.
I mplent eſſeda,conuehunt quadrigis,
P ars geſtant humeris,ſoló ue raptant,
H i ſub ponderibus gemunt iniquis,
F eruet mulio,corbuloq́; feruet.
Rus eſt non procul hinc penes ſacellum
D eſertæ cereris loco remoto.
H uc armenta,greges,annum labores,
E t uaſtas nemorum ferunt ruinas.



H anc cuncti properant tenere metam.
H ac tandem reduces ſimul quieſcunt.
R uri ſubditus hortulus uirebat
Qualis corycium ſenem bearet,
E t qualem heſperides uelint ſorores.
H ic inter uiolas,thymum,liguſtrum,
N arciſſos,hyacinthinosq́; flores
F ons ſcatens uitreis aquis ſuſurrat.
H unc pomaria tam beata cingunt,
V er ut perpetuum colant,& uſq;
A rgutis auibus canora uernent.
R egis Alcinoi fuiſſe credas.
P atens area propter ima fontis
L abra tenditur.hanc tegunt corymbis
P allentes hederæ.Roſas acanthi
F lexo uimine teſtiles obumbrant.
L entæ Lilia ſubligant geniſtæ.
Sub his floribus apparata menſa eſt,
I nſtratusq́; thorus tapete picto,
E t ſemyramia manu figuris
D iſtincto uarijs.ſuper tapetum
A lbet mappula delicatioris
V illi,barbaricas notata punctis.
De menſis Abacus nitens acernis
P andit uaſcula Mentoris uetuſta,
P riſcorumq́; toreumata aulicorum.
Aetate,& facie pares miniſtri,
N ympharum Triuiæ chorum æmulantes
E xpectant thalamo beatiore
D iuam,& Aſcanium labore feſſos,

P ars ſacris adolet focis penates.
E t iam ſol medium ſecabat axem
F lammis omnipotentibus coruſcans.
T andem numine prodeunt ſecundo.
Felici omine, quicquid eſt ferarum,
M agno pontifici dicant Iulo.
Crines ſutilibus roſis coronant
V nguentis Megalenſibus madentes.
C uſtodit ſoleas puer relictas.
Sponda ſe mediam locat Diana
G emmis ſplendidulis decora uirgo,
P oſt, multo Aſcanius coruſcus oſtro,
F lexo poplite cernuus miniſter
D at ſummis digitis aquas odoras.
M ox mantilia Nympha ſubminiſtrat.
Apponunt alij nouas figuras
E xtructæ cereris. Dryas catillum
F ragrantem ambroſia gerit Dianæ.
P oſt hanc ſyderei ferunt ephebi
L ances ordine. Phaſiana prima eſt.
S tat Iunonis auis ſuperba cauda.
P hœnicopterus eminente lingua,
E t criſta Meleagrides rubenti:
E t pluma niuei patent olores.
H inc albi iecur anſeris tumebat.
H inc capo Cybeli deæ dicatus.
P erdices ſtrue maxima ferebant,
E t pulpæ melioris attagenes.
A t ſturnos inopes, grues, palumbes,
C unctas cortis aues coci relinquunt.





S ubuectant alij ſalariorum
Q uicquid ars potuit nouare lauti.
A t farcimina dant uetuſtiora,
T urget lactea ſumnis papilla,
C ampano petaſone gloriantur,
V eſtino quoq; caſeo intumeſcunt.
N on lucanica, non tomacla deſunt
F arcto uentre ſuis ſolo ex phaliſco.
N on deeſt oxygarum, offulæ, minutal,
L iba adorea, candidæq; pultes
C onchis, glandia, ſpondili, botelli.
N ec muſtacea lixulæ ſabinæ,
C erebella auium, ſalaxq; bulbus,
N ec iecuſcula inſulis odora,
N ec deſunt patinæ omnium nepotum.
E xquiruntur & omnibus popinis
P ulmentaria eſca, quæ palatum
I rritare ſaporibus putentur.
V incunt fercula cogitationem,
N ec ſtilus meus explicet, nec uſquam
M aiore in pretio fuit culine.
N uſquam prandia ſumptuoſiora.
T riumphalia erant minora multo.
N emo pontificum dapes reponat,
A ut cœnis ſaliaribus laboret.
Ponunt mox alij maris rapinas,
M ullos Adriaci ſalis colenos,
M urenas ſiculis aquis natantes.
L atum ampliſſima fert patella rhombum,
B aiana oſtrea, murices, luposq;.

A uratas, Acipenſeres, Scaroſq;
S tructoris manus erudita raptim
C ultello dirimit, ſecat'q; paruo.
Dum cœnant, citharis comatulorum
E t cantu uario, nouo'q; plauſu
V alles undiq; concauæ reſultant.
Et iam prima epulas quies tenebat,
C um cellarius eligit miniſtros,
B acchi munera læta qui propinent.
H æc eſt amphora nectaris beati
Qua Latonia ſola proluatur.
T rullam hanc Aſcanio dedere Galli
S pumantem Bromio Pariſiorum.
M iſce his tu cyathis Dryas falernum,
T u cape has pateras puer caleni.
I nger tu hos calices opimiani,
V os ſetina date his ſcyphis uetuſta,
A t uos cecuba fundite hoc Triente.
N omentum dedit hanc heri lagenam,
A t ſurrentum hodie cadum hunc picatum.
C upa hac conditur adrianus humor.
P riuernatia congio hoc Sagunti
C hium hoc urceolo ſapit rotundo
B io hæc ſariola optimo redundat.
P lena hæc aurea defruto metreta eſt.
M ulſum hæc cirnea dulcius recondit.
Tum bellaria largiora ponunt
M enſæ delitias deûm ſecundæ.
E lectiſſima poma porriguntur.
I nter quæ melimela principatum



M alorum facile omnium obtinebant.
P oſt petita parua Mauliana,
T um ſpadonia, græcula, appiana
L anata, orbiculata ſeptiana.
D ant pannucia ſerica & gemella.
A d hæc cruſtumijs piris abundant.
S ucciplena tument falerna caſta,
E t longo pede Dolobelliana.
P ompeiana placent fauore Magni,
E t teſtacea de colore teſtæ.
D ant uoconia laurea & uolema
A mpullacea prominente collo,
N ardina &, decumana grandiora.
H æc tum nomina repperit uetuſtas,
N unc ſeclum inſipiens nouis ineptit.
A dduntur Cariotides mariſcis,
E t cydonia coctanis recincta,
E t tuber libycis madens pruinis,
N ux amygdala, pinea, atq; iuglans.
L axant caſtaneæ ſuos echinos.
P icenas quoq; porrigunt oliuas.
O llares etiam dabantur uuæ.
P onunt frigore gratiora rapa.
P lura his & meliora, quæ ſilentur,
R edundantibus ingerit caniſtris
M iris munditijs ſecunda menſa.
Exempta procul eſuritione,
E t menſis procul omnibus remotis,
S ic eſt poſt epulum locuta uirgo.
Aſcani Ducis optima propago,

I ngens purpurei decus ſenatus,
V ides ut iaceant in orbe cuncta,
Q uæ mortalibus eſſe iam ſolebant
V itæ præſidium laborioſæ,
E t quibus tenebris operta uirtus
P aſſim calcibus improbis teratur:
Q uid primum querar, ordiar'ue primum?
C um ſuperſtitio deos putaret,
I d quod quenq; ſuus mouebat ardor,
M undus artibus optimis ſcatebat.
P oſtquam de Solymis deus peruſtis
V eræ relligionis imperator
N oſtra numina uana diſſipauit,
E t totum pedibus ſubegit orbem,
A pportans pereuntibus ſalutem,
I us, fas, ueridicas tulit'q; leges,
E t mores docuit bonos, ſuo'q;
C ulpas ſanguine omnium expiauit,
C lauſum ut ad ſuperos iter pateret,
F it mutatio numinum repente.
C ertatim properant, uolant'q; cuncti,
E t cultus auidi nouos adorant.
F aſſi unum coluere. ſed quod ille
F erre omnes uoluit, tulere pauci.
N ec omnes capiunt, quod omnibus dat.
V t peruerſa hominum, maligna'q; eſt mens,
V erſa in ſegnitiem fides, & omnis
I n quæſtum pietas. ſimul ſecuta
M iris illecebris placens uoluptas.
N unquam delitiæ ſupiniores,



N unquam auaritiæ altior charybdis.
Q uando ita ambitio negociata eſt?
Q uando nequius, inquinatius'ue
P eccatum? Patet ilias malorum
G randis. fons ſcelerum ſcaturientum
V el gentes penitiſſimas reuiſit,
Q uæ ueſtro ſine numine inſoleſcunt,
B acchantur'q; magis monente nullo.
Tu uero genus inclytum ſenator
F lamen ætheriæ dialis aulæ,
Q uo reſpublica tota gloriatur,
C uius cardine ſuſtinetur orbis,
N e mentis propriæ inquilinus erret,
A b omni popularitate debes
D iuinos animi auocare motus:
N ec plebecula quid muſella latret,
S ed quam ſit fragilis, caduca, fluxa,
E t quam lubrica uita, cogitare,
C auſas diſcere & æſtimare rerum:
Q uid nam gigneris, unde, quo feraris.
S pem longam reſeces. uides in orbe
N ihil perpetuo tenore uerti.
S i fortuna facit pecunioſum,
N il remordeat eſſe liberalem.
S cis quantum deceat potentiorem,
V t comi domus hoſpitalitate
I anuis bipatentibus fatiſcat.
L aus non ultima, diſplicere nulli:
P ræſtare ingenuum, facillimum'q;:
V erbis parcere contumelioſis:

S eruorum meminiſſe qui fideles
A duerſis fuerint, maliſq; rebus.
N ouit Aſcanius quid ipſa dicam.
N ec caſus memorabimus peractos.
Q uis fratrem ſine queſtibus reuellat?
D ucem Inſubria quem tremebat audax?
Q uis ſiccis poterit nepotem ocellis
R egem parthenopeium referre?
E rumnas tibi quis peculiares
M onendo renouet? Satis, ſuperq;
D eplorauimus iſta, dum ruebant.
E t nunc ſis quibus erutus ruinis,
E t qui ſis modo redditus, memento.
N ec tam perdita, quam reperta cures.
P erfer, qualiacunq; non pigebit
T ot pericula ferre, tot tuliſſe.
P oſſem pluribus admonere, & ultra
Q uæ pœnæ maneant malos docere,
E t quæ præmia debeantur illis,
Q ui non corporeo obliti ſepulchro
P erſtringunt animi igneum uigorem,
N ec terræ infodiunt datum talentum:
N i tibi iſta domi elegantiora
N aſcerentur, & unicus deorum
V eſtris uatibus omnia explicaſſet.
Ad hæc Aſcanius refert. Diana
S yluarum & nemorum patrona uirgo,
S eu Proſerpina noctibus relucens,
S eu Lucina, Hecate, uel alma Iuno,
D ictynna, aut Triuia expetis uocari,



T e quæcunq; meum leuas laborem
S emper pectore conditum tenebo.
Veſper interea exiens olympo
N octurnis comitantibus tenebris
M ergenſq; Oceano caput ruebat.
I amq; in faucibus atrij miniſtri
P æana ad litui ſonum canentes
E xpectant in equis heros ituros.
Lucum Delia fertur in propinquum.
D enſæ Oreades hinc & hinc ſequuntur.
S tipant Aſcanium ſuæ cohortes,
A rdentes animis redire in urbem.

FINIS.

A B C D E F G. Omnes ſunt quaterniones præter G, qui eſt duernio.

Venetijs, in ædibus hæredum Aldi Manutij, & Andreæ ſoceri, M. D. XXXIIII, Menſe Februario.

AL DVS